



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus XXXI. De excessibus Prælatorum in subditos, vel contra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

Tit. XXX. De eo qui furtivè ordines, &c. 451

NOTÆ.

a **[Dem.]** Ita etiam legitur in secunda collectio-
ne, sub hoc tit. cap. 2. & in cap. innocent. i. de
maledic. Ubi extat alia pars hujus Decretalis: nul-
libi tamen exprimitur, cui Episcopo rescribat Pon-
tifici, licet ex textis litera deducatur, scribere ali-
eui Episcopo prope Saguntinam dicere finit.

b **[Sagunt.]** Saguntum vetustissima urbs est
Hispania ceterioris in populis Eretanis, cuius me-
minerunt Prolemeus lib. 2. Geograph. tabul. 2. Plini-
us lib. 5. cap. 3. Lucanus lib. 3. Pharsal.

Nec paves hic populus pro libertate subire

Ob sessum Peno gesit quod Marie Saguntum.
Decujus origine, & conditoribus agunt Scolanus
tom. 2. hisp. Valentia, fol. 35. & 38. Tamayo à Salazar
tom. 3. martyrol. die 25. Iunii.

c **[Non debant.]** Quia suspensionem incur-
runt furtivè ordines recipiendo, & duos sacros
ordines uno die suscipiendo. Suarez de censur. dis-
p. 31. sect. 3.

d **[Facultatem.]** Quia cum professis vitam re-
gularem facilius dispensatur, immo & per ipsam
professionem in religione emissam nonnullæ irro-
gularitates tolluntur, ut probavi in cap. de filiis
presbyter.

COMMENTARIUM.

Furtiva ordinatio dicitur, quoties sit contra
canonum statuta, cap. presbyter, 24. disp. cùm
vita, genus, patria, aetas, locus, doctrina, fides
non expenduntur, cap. quando ead. disp. vel cùm
quis sine examine se ordinari curavit, cap. exira

cousientiam, 64. disp. vel cùm quis clam simul cùm
aliis intrufus fuit ignaro Episcopo, can. 30. Conci-
lis Illyber. ibi: Subdiaconos eos ordinari non debere,
qui in adolescentia sua fuerint mœchati, eo quod
postmodum per subrepitionem, & altiore gradum
promovebantur. Si autem aliqui sunt, in præteri-
tum ordinati amovanur. Circa ita ordinatos fur-
tivè certum est, semper characterem accipere, &
valide ordines recipere, nisi ex defectu intentio-
nis Episcopi sacramentum nullum sit: quod in du-
bio credendum non est, ut docent Theologi cum
D. Thomas part. quest. 64. art. 4. Marchinus de or-
din. tract. 1. part. 2. cap. 11. num. 17. Hieron Garcia
in summa tract. 1. difficult. dub. 13. punct. 4. Lugo
de sacra in genere, disp. 8. sect. 7. num. 19. Sed
circa poenam, quas incurrit ita ordinatus furtivè,
discrimen est constitendum inter eum calum, in
quo prius excommunicatio data fuit contra eos,
qui furtivè se ingesserint; nam tunc certum est simili
excommunicationis vinculo irretitos non ha-
bere liberam exercendorū ordinum suorum facul-
tatem. Hallier. de sacris elect. sect. 2. ad finem: quam
suspensionem aliqui irregularitatem dicunt, quos
referunt Diana part. 4. tract. 2. resol. 55. Hier. Gar-
cia dict. punct. 4. Barbofa de jure eccl. lib. 1. cap. 33.
Hurrado de irregul. disp. 2. difficult. 1. num. 3. Bonac-
cin. eod. tract. disp. 7. quest. 3. punct. 4. nu. 6. Sed con-
trarium, immo tantum suspensionem incurrire, do-
cuerunt Gibal. de irregul. cap. 5. quasi. 1. n. 21. dub. 6.
Leand. eod tract. disp. 10. q. 4. Si autem nulla præ-
cessit excommunicatio, suspensionem incurrint, in
qua Pontifex dispensare valet, ut latius prosequan-
tur Suarez de censur. disp. 42. sect. 5. Hieron Gar-
cia. disp. punct. 4.

TITULUS XXXI.

De excessibus Prælatorum in subditos, vel contra.

CAPUT PRIMUM.

• Alexander III.

Pervenit ad audientiam nostram, unde si verum est, miramur plurimum, &
adversum vos de jure movemur, quod in presbyteros, qui sunt in vestra juri-
sictione constituti, singulis annis, quasi in servos mercenarios b. talliam
faciat; quibus, nisi ad voluntatem vestram pecuniam solverint, divinum
officium interdicatis, & eos viliter, & inhonestè tractatis in tantum, quod
ipsos laicos & despicabiles reddidistis. Ideò vero hæc si vera sunt gravi de-
bent ultione puniri, cùm eosdem presbyteros, quasi filios, & fratres benignè; ac fraterna
charitate sovere debeatis. Discretio nigriguit vestra per A. & p. m. quat. in prædictos pres-
byteros hujusmodi tallias, & indebitas d. exactiones exerceste nullatenus præsumatis, nec
eos de cætero irrationabiliter gravetis, vel inhonestè tractetis, aut sine judicio Capituli
sui e. suspendere præsumatis, vel eorum Ecclesiæ interdicto subjiciatis; neque duas eos
matrices Ecclesiæ, quarum unam sufficere videbitis, tenere permittatis; nec aliquem sine
ordine judicario excommunicare præsumatis: scituri pro certo, quod si hujusmodi rumo-
res de vobis ad aures nostras pervenerint, vos pro tantis excessibus, auctore Domino, ta-
liter puniemus, quod timore poenæ vestrae cæteri à similibus abstinebunt.

452 In Librum V. Decretalium,

N O T A E.

a *Alexander.*] Ita legitur in prima collectio-
ne, sub hoc titul. cap. 1. & post Concil. Later.
p. 2. cap. 7. nullibi tamen exprimitur cui rescribat
Pontifex, nec ex serie textus facile deducitur.

b *Talliam*] Tallia quid, exposui in cap. adver-
sus, de immunit. Eccles.

c *Despicabiles.*] Quia laicis Clerci infest
sunt, cap. Clericos, de immunitat. Eccles. in o.
d *Exactiones.*] Juxta tradita in cap. cum A-
postolus, de censibus, ubi commentarium hujus tex-
tus dedi.

e *Suspendere.*] Hanc partem exposui in cap.
que si vixi, de his que siunt a Pralat.

C A P U T II.

Idem a Cant. Archiepiscopo.

AD hæc quoniam prædictus Episcopus, sicut accepimus, plures Ecclesiæ, & præci-
pue Ecclesiam de Nortun. à **b** consuetudine, & obsequio Archidiaconorum liberas
constituerit, & immunes, & in hac parte redditus eorum diminuit, & attenuavit: nihil
ominus tibi significatione præsentium injungimus, ut si res ita se haberet, factum Episcopi
super hoc ap. rem, corrigas, & emendes, & ita provideas, quod præfato Archidiacono
consuetudines, quas Presbyteri in Ecclesiæ sui Archidiaconatus debent, plenariè conser-
ventur, & illi gratam reverentiam exhibeant, & honorem.

N O T A E.

a *Cantuariensi.*] Ita etiam legitur in secunda
collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in c. ad
hoc 20. de appellat. c. ad hoc, de privil. ubi extant
alia partes hujus Decretalis, ut notavi in d.c. 20.

b *Consuetudine.*] Præcipua enim jura Archi-
diaconorum, tam circa jurisdicitionem eorū, quam
circa obventiones, consuetudine introducta sunt,
cap. ad hoc, de officio Archid. ubi de his iuribus la-
tè egimus, & docet Cironius ad tit. de officio Vice-
arii, & lib. 2. obs. cap. 8.

C A P U T III.

Idem a Exoniensi Episcopo.

ADaures nostras pervenit, quod quidam Archidiaconi tui se in Ecclesiæ, quæ in suis
Archidiaconatibus **b** vacant, auctoritate propria non verentur intrudere, & sic ip-
fas Ecclesiæ detinere non erubescunt. Attendentes itaque, absolum, & omni rationi
contrarium esse tantæ præsumptionis excessum, nec volentes incorruptum relinqueret:
f. t. per A. l. p. m. quat. si qui Archidiaconi sunt in Episcopatu tuo, quital modo Ecclesiæ
occupant, vel occupatas detinent, ipsos ad eas dimittendas omni oc. & ap. cess. Ecclesi-
sticâ censurâ **c** compellas, & easdem Ecclesiæ personis idoneis, & honestis ordines: &
præfatos Archidiaconos pro tanta præsumptione debitâ cures animadversione punire,

N O T A E.

a *Exoniensi.*] Ita etiam habetur in prima col-
lectione, sub hoc tit. cap. 3. & post Concilium Later. part. 24. cap. 3. De Exoniensi Diœcesi
egi in cap. 6. de filiis prebyt.

b *Vacant.*] In quibus jus habent instituendi e-

lectos corporaliter, c. ut nostrum, de offic. Archid.
c *Compellas.*] Quia nemo seipsum instituere
potest, quia inter dantem, & accipientem confi-
tui debet differentia, c. per nostras, de jure paronat.
cap. final. de inst. nec collator sibi beneficium reti-
nere potest, cap. unic. ut ecclesiast. beneficia. Com-
mentarium hujus textus dedi in dict. cap. final.

C A P U T IV.

Idem In Concil. a Lateran.

b *Clerici. Et infra:* Quicunque illa incontinentia, quæ contraria naturam est, propter
quam ira Dei venit in c filios diffidentia, & d quinque civitates igne consump-
fir, deprehensi fuerint laborare, si Clerici fuerint, e dejiciantur à Clero, vel ad agen-
dam penitentiam in Monasteriis f detrudantur: si laici, g excommunicationi subdan-
tur, & à e cœtu fidelium fiant penitus alieni.

NOTE

f Detrudatur.] De hac detruzione pœna egi
in cap. i. de regularibus.

^a *Lateranensi.*] Ita etiam legitur in prima collatione, sub titul. de cohabite. cleric. cap. final. & extat in ipso textu sic; in Concilio Lateranensi generali celebrato sub Alexandro III. cap. ii. cuius Canonis verba à compilatoribus tripartita fuerunt: & prima pars, quæ agit generaliter de incontinentia Clerici, extat in dicto cap. Clerici, final. de cohabit. cleric. in i. collect. Secunda pars, in qua specialiter de illa incontinentia specie, quæ contra naturam est, differitur: reperitur in praesenti textu. Tertia tandem, quæ agit de Monasteriis monialium, & ne quisquam ea frequentare præsumat, reperitur in cap. Monasteria, de vita & honest. Cleric.

^b *Clerici.*] In dicto canone ii. Concilii Lateranen additur in sacris Ordinibus constituti: unde constat præsentem constitutionem quoad penam detruzione in Monasterium locum non habere in Clericis minoribus tantum gradibus initiatis, qui excommunicandi sunt, non vero detrudendi in Monasterium.

^c *In filios dissidentia.*] Ex quibus verbis expressæ constat, in praesenti canone non agi de quolibet luxuria peccato contra naturam admisso, sed de præposta venere, & monstro, cum hominibus, aut feminis extra vas naturale habita; quæ commixtio contraria naturam appellatur ab Apostolo ad Rom. cap. i. ibi: *Nam famina eorum mutaverunt naturalem usum.* Et in cap. flagitia, 32. qu. 2. l. cùm vir. Cod. ad leg. Iul. de adult. Hujus monstrorum veneris sectatores appellat D. Paulus ad Ephes. cap. 4. filios dissidentia, id est desperatos, & filios perditionis, juxta Hebraicam phrasim, ut notavit Cuiac. in cap. ut Clericorum, de vita & honest. Cleric.

^d *Quinque Civitates.*] Videlicet Sodoma, Gomorra, Seboin, Segor, & Eleale, quarum duas propter peccatum hoc, alia autem propter vicinitatem submersæ fuerunt. Earum meminerunt Isaías cap. 13. Jeremias cap. 50. Ezechiel cap. 16. & Oseas cap. 11. & hæc divina ultio refertur Genesis cap. 19. Deniron. cap. 29. & ejus meminerunt Patres Concilii Parisiensis sub Ludovico & Lothario lib. 3. cap. 2. ibi: *Sunt sancti diversorum malorum patratores, & lex divina improbat, & condemnat: pro quorum etiam diversi sceleribus, & flagitiis populus fame & pestilentia flagellatur, & Ecclesia status infirmatur, & regnum periclitatur: & sicut sunt diversarum pollutionum patratores, quas cum masculis, & pecoribus nonnulli diversis modis admittunt, quæ incomparabilem dulcedinem piissimi Creatoris ad amariuindinem provocantes, tanto gravius delinquent, quanto contra naturam peccant.* Pro quo etiam scelere igne celesti conflagrata, infernique hiatus quinque absorpta sunt Civitates, necnon & quadriginta, & eo amplius millia stirpis Benjamini murrone fraternali confossa sunt. Hac porro judicium, & evidentes in dicto declarant, quæm excrecible & detestabile apud divinam majestatem hoc vitium extet.

^e *Dejiciantur à Clero.*] Quia ut Clerici detrudentur in Monasteriis penitentia peragendæ causâ, prius deponebantur, ad laicamque communionem redigebantur, cap. tua, de pœnis, cap. nullus 8. 11. quæst. 1. ibi Desertorem autem Clericum cingulo honoris, atque ordinis sui exuum aliquo tempore Monasterio relegari convenit. Illustrat Bosquetus ad Innocent. lib. 1. regestr. I. epistola 130.

g *Laici excommunicationi.*] Clerici autem non excommunicantur, sed tantum deponuntur, nebis in idem crimen vindicatum videatur: quam rationem assignant Apostoli in can. 25. ubi de Clericis omnibus fornicatoribus statuentes docent, ut deponantur, & non segregentur, ne bis in idem crimen vindicetur, contra Scripturam: ad quem canonem alludit omnino sanctus Leo epist.

9. ad Rusticum Narbonensem Episcopum, ibi: *Ut qui in presbyterali honore, aut Diaconi gradu fuerint consecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant penitendi (quia non sunt excommunicati) quod sine dubio ex apostolica traditione descendit.* D. Basilius epist. ad Amphilius. can. 3. de Diaconis fornicatione lapsis a gens eandem rationem affert, propter quam depositioni non jungatur excommunicatio, ne bis idem crimen puniatur: *cum enim in laicis plectatur excommunicatione, sive privatione communionis, si in Clericis depositione, ac excommunicatione puniatur, revera duplex pœna pro uno reatu imponeretur.* Accedit, quia ut ait ibidem S. Basilius, laici per penitentiam redeunt ad fidelium communionem, seu congregationem; Clerici autem depositi etiam reconciliati non redeunt ad Sacerdotium, à quo exciderunt: docuit idem Basilius in eadem epistola ad Amphilius. can. 32. ubi notavit Balkamon, & probat Gibalin. de censur. disquisit. 7. quæst. 12. confess. 5. Non metat aliquia crimina, quæ capitalia dixit Pacianus in parænesi, punita fuisse in Clericis depositione simul & segregatione, ut in can. 28. 29. 30. &c. 64. Apostol.

COMMENTARIUM.

E X hoc textu sequens communiter deducitur assertio: *Clerici contra naturam incontinentes in Monasteriis detruduntur, laici vero excommunicantur.* Conclusio probari potest ex c. offere-^{7.} sio tractat. c. adulterii, c. flagitia, c. usus 32. qu. 7. c. quodlaut, ditur. & 14. dist. cap. si gens 56. dist. cap. ut Clericorum, de proba-
vita & honest. Cleric. cap. iii. Archiepiscopatu, de tur.
raptor. cap. solicitatores, §. qui vero, de paenit. dist.
1. Concil. Illiberit. can. 18. Trosleian. can. 15. Tu-
ronense can. 15. Parisiense sub Ludovico lib. 1. cap.
34. Londinense 2. anni 1102. tempore Paschalis II. Sodomiticum flagitium facientes, & eos in hac voluntate juventes, anathemate damnamus, donec penitentiam, & absolutionem mereantur: qui vero in hoc crimen publicatus fuerit, statutum est, ut si quidem fuerit persona Religiosi ordinis, ut ad nullum amplius gradum promoveatur; & si quem habet, ab illo deponatur. Refert Anselmus epist. 278. ad Guill. M. D. Clemens lib. 6. const. cap. 14. Justinus Martyr apolog. 2 Basilius in epist. ad Amphilius. can. 6. & 62. Confonant de jure Regio lex 1. part. 7. tit.
21. lex. 1. tit. 21. lib. 8. re opsi. Illustrant plurim dete-
statonem hujus criminis adducentes, Lyra, Serarius, Lorinus, & ali Theologi positivi inc. 19. Exordi, Gomez in l. 80. Taari, Torreblanca de jure spirit. lib. 13. cap. 2. num. 23. Conradus Kling. lib. 3. loc. commun. cap. 34. Solorzanus tom. 2. de jure Indiar. lib. 1. cap. 24. num. 47. Basilio decisi. 4. Petrus Greg. lib. 36. synag. cap. 20. D. Joannes Suarez ad leg. Aquil. lib. 2. cap. 3. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. recipil. glossa 8. Ant. Aug. in epist. jur. lib. 6. tit. 4. Mendoza lib. 3. Concil. Illib. cap. 65. Alemanus in no-

tis ad Procopium, fol. 53, linea 22. D. Joannes Vela
de delictis c. 13. Borelli tom. 3. delict. titul. 1. nu. 88.
Ant. Matthaeus de crimin. ad tit. de adult. & supr.
c. 7. ad finem, Mancinus lib. 1. de triplici iur. col-
lat. c. 113. plures, quos referunt D. Joseph. Vela
in c. 1. de offic. ordin. part. 1. num. 106. Pichardus in
§. item lex, Instr. de public. iudicis.

8. **Imgu-**
gnatur
tradita
assertio.

Sed in hanc assertione pro dubitandi ratione
ita insurgo. Quelibet Domini nostri actio debet
esse nostrarum instructio, cap. significasti 4. de elect.
Clement. 1. de magistris. Sed Dominus noster in
patratores hujus deterimi criminis non tantum
peccatum spirituali, verum & corporali (ignis videlicet)
usus fuit, ut supra probavi ex cap. 19. Genesis,
& 29. Deuter. Ergo similiter Ecclesia non depo-
sitione aut excommunicatione tantum, verum
& peccatum capitali hoc scelus vindicare debebat. Fa-
cit etiam, nam peccata metienda, & pensanda est
pro sceleris gravitate, cap. felicis, §. ceterum, de
panis lib. 6. l. final. Cod. de modo mali. Sed pro
stupro, & adulterio peccatum corporalis injungitur
in c. 2. de adult. Ergo & pro hoc nefario crimen
imponenda erat, cum ejus gravitas supereret adul-
terium, cap. adulterii 32. quæst 7. Augetur haec du-
bitandi ratio ex ea in Archiepiscopatu, de raptor.
Ubi cum agatur de raptoribus puerorum, ut eis abu-
terentur, decrevit Pontifex, illos pecuniam esse mul-
ctandos, & fustibus caendos. Igitur non recte
Patres Concilii Lateran. in praesenti tantum sanxe-
runt Clericos præpostorū libidine utentes detru-
dendos esse in Monasterium, laicos vero tantum
excommunicando.

9. **De atro-**
citate
hujus
criminis

Quā dubitandi ratione non obstante vera est
præfens assertio; pro cuius expositione sciendum
est, hoc crimen tērimum esse, & horrendum,
quod inverso, ac præpostero naturæ ordine, ad-
versantibus piudicitia legibus perpetratur. Dici-
tur peccatum omnium pessimum in cap. 11. 35.
quæst. 3. contrā natūram à Platone lib. 1. de legib.,
impurissimum facinus à Clemente lib. 2. confron-
t. cap. 27. Cuius quanta sit gravitas, quanta acerbitas,
plenumque quam dirum nefas ac scelus flagiti-
sum sit, omnes sciunt. Tertul. lib. de pudicitia, in-
ter monstra illud retulit ibi: Reliquas autem libi-
dinum furias impias in corpora, & in sexus ultra
jura naturæ, non modo limine, verum omni Ecclesie
recessu submovemus, quia non sunt delicta, sed mon-
stra. Philo Jud. lib. de specialib. legib. Hac tērri-
ma fecundititia oblitos vocat probrosos, & familia
sua ac patræ dedecora, atque adeo totius humani
generis. D. Augustin. de bono conjugali, cap. 8. hanc
esse summitatem turpiditudinem dixit, ibi: Malum
est fornicatio, peccatum adulterium, peccatum enim alienum
maritrimonium violare quam meretrici adhære-
re; & peior est incestus, quia peccatum est cum matre quam
cum aliena uxore concubere; & semper de malo ad
peccatum, donec ad ea perveniat, quæ sicut ait Aposto-
lus, turpe est etiam dicere. Elegantes Sanctus Petrus
Damianus in libello Gomorrheano, ibi: Hoc sane so-
domiticum vitium nulli prorsus est vitio conferen-
dum, quod omnium immanitatem superat vitorum;
hoc siquidem vitium mors est corporum, interiorisque
est animarum; carnem polluit, mentis lumen ex-
tinguit, Spirituum sanctum de templo humani peccato-
ris ejicit, incentorem luxuria diabolum introduxit:
quisquis in hinc extrema perditionis abusum fuerit
lapidatus, a suprema patria exul efficitur, a Christi Cor-
pore separatur, totius Ecclesie auctoritate confun-
ditur, omnium Sanctorum Patrum iudicio condem-
natur. Multa ex variis Patribus ad hujus infandissi-

mi probri detestatione congregaverunt. Hinc manus in
opus de divorcio Lotharii, ad interrog. 12. Theoph.
Raynaud. lib. 6. de virtut. num. 146. Borel. in sum-
ma decisi. titul. 1. n. 46. Solorzanus lib. 2. de jure In-
diar. tom. 1. cap. 12. num. 31. & tom. 2. lib. 1. cap. 24.
num. 47. Decianus lib. 6. tract. crimin. cap. 3. num. 3.
Beyerlinch. tom. 7. verbo Sodoma. Quare Salvia-
nus de gubernat. Dei, recte notavit Dominum no-
strum ultorem hujus delicti se appellare, licet in a-
liis delictis nomen ultori admundum abhoruerit.
Legitur enim in d. c. 19. Genes: Dominus plus ju-
per Sodomam. Et crimen hoc majus, & gravius es-
se, quam adulterium, contra P. Valquez resolvit P.
Mendo in stater. discursu 5. quæst. 23.

Deinde sciendum est, omni jure variis & exqui-
sitis peccatis vindicatum fuisset hoc delictum. Jure di-
Depo-
vino peccatum mortis statuta fuit. Levit. c. 18. vers. ne hu-
22. & cap. 20. ibi: Qui dormierit cum masculo cor-
ju doli-
tu si in mineo, uerque operatus est nefas, morte mori-
tui,
aniv, si sangvis eorum super eos. Exodi cap. 22.
vers. 19. Deuter. cap. 22. vers. 21. facit Apostol. ad
Roman. cap. 1. ad Galatas cap. 5. ad Ephes. cap. 5.
Apud Orientales eandem peccatum ultimatam fulle
refert Eusebius Cæsar. lib. 6. de prepar. evang.
cap. 8. ibi: ab Euphrate usque ad Orientalem oce-
num, ciuidates, vel fortum obicitur, non magno mo-
rere torquetur; qui vero pudorem masculi erupit, si
res in lucem venire, magnitudine nominis seip-
sum interficere cogitur. Jure civili Romanorum
variis peccatis plebebatur, ut constat ex l. 1. §. remo-
ver. ff. de postul. l. 1. §. ult. ff. de extraordin. crimin. l.
ejusdem, §. item, ff. ad leg. Corn. de sicc. Paulus lib. 5.
sent. tit. 23. §. qui hominu. Et in reos hujusmodi cele-
ritas lata fuit lex Scatinia, quam tulit Scatinus qui-
dam Arianus, eius meminit Cicero Philip. 3. E-
jus legis meminerunt Suetonius in Domit. cap. 8.
Tertul. de monog. cap. 12. Plutarchus in Marci.
Sextus Philosoph. lib. 1. Juvenal. satyr. 2.

Quod si vexantur leges, ac jura: citari
Ante omnes debet Scatinia. Repercipimus.
Afonius, qui de quodam Jureconfuso adulteram
uxorem habente, & huic præpostoræ veneri dedi-
to ita lufit:

Jurisconsulto, cui vivit adultera conjux,
Papia lex placuit, Iulia dispuicit.
Quaritis unde haec sit distantiæ Semiviripse
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.
Quod elegantissimum epigramma parum scite ex-
posuerunt Alciatus lib. 10. parerg. c. 16. Gratianus
discept. forens. cap. 183 num. 43. Sed ex sententia
Ælii Vineti in not illius, sic expoundendum est. Ju-
risconsulto cuidam, qui uxoris adulterium diffi-
mulans, favere videbatur, Papiam legem, quæ
contraria cœlibes improlesque lata est placuisse; Ju-
liam autem de adulteriis dispuicisse, quæ lenocinia,
atque adulteria puniuntur; quia uxore adulte-
ra retentia, liberisque vel ex marito, vel ex adul-
terio sublati, mariti patrisque nomen usurpare ve-
batur: & legi Papia satisfacere nitebatur, dum in
Julianum de adulteriis peccabat: idque collatis aliis
duarum legum nominibus, lepidissime ostendit;
ait enim diversitatibus hujus causam esse, quod Jure-
confutus ipse semivit, mollis, muliebrisque pa-
tientiae scortum ut Petronius alibi loquitur, me-
tuebat legem Scatinam, latam adversum impudi-
cos; ideoque ut hoc vitium tegeret, uxorem adul-
teram retinebat maritus metu Scatinæ. Papia
utens, nec tamen timens Titiam legem, quæ si-
licet cavebatur, ne quis ob causam orandam do-
num, pecuniamque accipiat, ut in Tacito legi-
mus

mus II. annal. reclamare Lipsio & aliis: quia cùm
 ei donum, munusve ob causam orandam offerret,
 & imperitus, ac clientelarum inops esset, non e-
 rat cur metueret Titiam legem de muneribus, quæ
 ipse ab adulteris uxoris suæ capiebat ex lenocinio
 suo, faciens contrà legem Juliæ. Sed quia lex Scati-
 nae cam pœnam statuebat, ut quinqüennum stu-
 prasset, festertium decem millia exsolveret, ultra
 modum flagitum hoc crescebat, quis ob pœnam
 hanc pecuniarium, quæ facile pendebatur, conni-
 ventibus judicibus viri nutabant in fœminas, ut
 Tertul. dicitur scribit de monog. cap. 12. quare
 pœna capitalis in eo statuta fuit in l. cum vir. Cod.
 ad leg. Iul. de adult. His elegantissimis verbis: *Cum*
vir nubis in fœminam viris porrecturam, quid cu-
patur ubi sexus perdidit locum: ubi scelus est id,
quod non proficit scire: ubi venus mutatur in al-
teram formam? ubi amor quaritur, nec videtur?
Inbemus in surgere leges, armari jura gladio ultore,
in exquisitis penitibus subdantur infames, qui sunt, vel
futuri sunt rei. Cujus legis veram litteram resti-
 tuere curarunt Fabrotius from. jur. cap. 24. Reuar-
 dus lib. 4. cap. 20 Scholastes ad illud Petronii:
Perfarrum riu malis pubescenibus annis.
 I. Gothof. ad eandem legem in Theodos. & nos in
 can. 71. Concil. Illyber. Ad illa verba, *armari jura,*
 notandi sunt Prudentius lib. 2. in Symachum:
 --- Lex armata sedet.
 Marius Victor lib. 2. in Genesim.
 --- Tibi crimina plecent
Armae leges gladiis, & vindice ferro.
 Juncto Philippo Camerario horar. success. cent. 1.
 cap. 4. Imperatores Valentianus, & Arcadius
 pœnam ignis statuerunt in l. 6. Cod. Theodos. ad leg.
 Iul. de adult. ibi: *Omnibus, quibus flagitiis natus est,*
virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus
dannare patientia (nihil enim discretum videtur
habere) cum fœminis bujusmodi scelus speculante po-
pulo flamma vindices expiabant. Et sancè pœna ca-
 pitalis rectè statuta est in eos, qui nefaris suis libi-
 dinibus tot homines occidunt, quotimpeditunt na-
 sci. Eos enim homines interficere, dum prohibent
 nati, non solum Christiani norunt, sed & Ethni. i.
 Plato lib. 8. de legis. ibi: *Abstinendum igitur à*
maliis iubeo; nam qui istis nituntur, genus hominum
dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, ubi
radices agere, quod seruitur, nunquam poterit. Mar-
 tialis lib. 9. epigram. 42. in Ponticum.
Hoc nihil esse putas; scelus est mihi crede, sed
ingens,
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Ipsam credere tibi naturam dicere rerum:
Istud, quod digitis, Pontice perdis, homo est.
 Quam pœnam firmavit Imperator Justin. in au-
 thenti, ut non luxurientur, & in §. item lex Iul. In-
 sist. de public. judic. novella 77. Phocius in nomocan.
 ist. 13. de laicis. c. 5. Sed tunc difficulter videtur textus
 in l. si servus 27. §. & si puerum, ff. ad leg. Aquil. u-
 bialisseritur, castrantem puerum non teneri lege Aquilia, quia pretiosorem eum reddit. Ergo quia
 iure civili crimen hoc præpostera libidinis non
 vindicabatur. Nam respondendum est, id est ser-
 vum eunuchum pretiosorem reddi, quia Romani
 eunuchis utebantur ad diversa ministeria, præ-
 cipue ad custodiæ matronarum, ut ajunt Herodo-
 tus ibi: *In maiori pretio, quam integrum sunt eu-*
nuchi, propter fidem. Clemens Alexand. lib. 4. pedag.
 cap. 4. ibi: *Ministrantes citra suspicionem.* Item ad
 docendas priores literas pueris. Lucianus in Eu-
 nuchio, ibi: *Aptior Eunuchus, cui adolescentes er-*
 diendi traduntur. Præcipue puellis. Martial. lib. 9.
 epigram. 70. l. 4. Cod. de præpositis sacri cubic, ubi
 Cuiacius. Et de Eunucio præceptore accipit tex-
 tum in l. qui filiam 4. ff. ubi pupillu educari, D. Jo-
 annes Suarez ad leg. Aquil. lib. 2. cap. 3. secl. 6.
 num. 21. plura de his eunuchis ad custodiæ ma-
 tronarum deputatis congeserunt Amaya lib. 3. ob-
 ser. cap. 6. Fornerius lib. 2. secl. cap. 29. Salmit. in
 not. ad Panciro. lib. 1. rer. mem. tit. 45. Unde pretio-
 sior dicitur eunuchus in dict. §. et puerum, quia
 iis ministeriis aprior reddebatur. Jure nostro Re-
 gio olim castrationis pœna impoeta erat, l. 6. tit. 5.
 lib. 2. fori iudi. um, ubi probat Villadiego, & ex-
 ponit quomodo delictum hoc probetur. Postea
 pœna capitalis sancta fuit in l. 2. tit. 22. partit. &
 novissima lege l. tit. 21. lib. 4. Recopil. pœna haec
 ignis est cum confusione bonorum: & merito
 similes regi comburi jubentur, ut ignem, quem
 in concupiscentiis habuerunt, juxta illud D. Ambro-
 sij de Abel, & Cain: *Savuac iminum fulmulus*
libido est, qua nunquam manere quietum patitur
affectionem nocte seruet, die anhelat; ignis similiter ex-
ttinguat. Unde Dominus igne de celo dimisso ul-
 tus est hanc monstralem Pentapolitarum libidi-
 nem, Genesis cap. 8. Similiter cum Judæ nuncia-
 tum est, forniciatum fuisset Thamar nurum ejus,
 produci eam jussit, & comburi. Genesis cap. 38.
 Similiter jure civili cautum legimus. servum cum
 domina propria concubente con. remari, l. nunc.
 Cod. de mulieribus qua se prop. servis: vel si mulie-
 rem ingenuam rapuerit, aut simili raptui opem
 tulerit. Notavit Mancinus lib. 1. de triplici juris
 collat. cap. 60.

II.

Nec minori odio Ecclesia prosequuta est hoc
 immane scelus; nam primis Ecclesiæ seculis nec
 in fine venia hoijusmodi rei concedebatur. Con-
 cil. Illyber. can. 7. ibi: *Supratoribus puerorum nec*
in fine dandam esse communionem. Ubi notavi, & co-
 probarunt Gabriel Albaspinus lib. 2. obf. cap. 13.
 Balsamon in can. 17. Concil. Ancyra cuius verba in-
 frâ dabimus. Postea pœnitentia illis injuncta fuit
 decem, aut septem annorum. Gregorius III. in pœ-
 ni. titul. de divers. crimin. cap. 21. ibi: *Si quis ordi-*
natus in scelere sodomitico conquinatus fuerit, quod
in tanum coram Deo abominabile describitur vi-
tium, ut etiam igne, & sulphure eorundem civitates
legantur subversæ, decem annos secundum antiquam
consuetudinem pœnitentiat: quidam humaniæ septem
annos pœsinerunt; illis autem, qui nesciunt vim hu-
juia flagitiis, tres annos pœsinerunt, ut pœnitentiant:
pueri vero, qui illud exercerent, oportet ut emen-
dere festinent, videlicet quinquaginta dies pœnitentiat;
insuper & verberibus afficiantur, quia necesse est, ne
seges, quæ male pullulat, refescetur. Etiam jure Cano-
 nico laici infamia notantur, c. infames 3. quæf. 7.
 & excommunicantur; Clerici autem olim depositi
 detrucebantur in Monasteriis ad pœnitentiam pe-
 agendam: novissimæ verò constitutione Pii V. edi-
 tata anno 1568. Clerici omni privilegio clericali, of-
 ficio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico privati,
 & degradati traduntur potestati seculari, ut de-
 bitis afficiantur pœnis i. quam ad proxim explicitat,
 & exponit Scottia in secl. Ponific. constit. epit.
 103. theorem. 255. Unde constat delictum hoc à
 laico commissum esse mixti fori, & nedum à fœcu-
 lari Justice, verū ab Ecclesiastico ex preventio-
 ne puniri posse, ut docet Ausaldus de iuris d. part.
 4. cap. 1. titul. 5. ad finem, Bobadilla lib. 2. polit.
 cap. 17. nn. 67. pluribus relatis probat D. Joseph.
 Vela in cap. 1. de offic. ordin. num. 109. Etiam hoc
 crimen

crimen in Regnis Aragoniæ, Valentie, & Lusitanie punitur per Inquisidores Apostolicos, ut restatur Simanc. de Catholic. Cantera qq. crimin. part. 5. cap. 4. Torreblanca de jure spirit. lib. 13. cap. 2. nro. 24. Soufa in aphorism. Inquist. lib. 1. cap. 59. nro. 10. Vela sibi supra num. 109. Castropolao tom. 1. oper. moral. tract. 4. dis. 8. punct. 12. §. 2. Difana part. 4 tract. 7. resol. 20. Catena de offic. Inquist. part. 2. tit. 6. §. 16.

12.
Dissol-
vitur
ratio
dubitā-
di.

Nec obstat dubitandi ratio suprà expensa; nam licet ita atrox, & horrendum crimen sit hoc monstrato veneris; tamen cum Ecclesia admodum abhoireat sanguinis effusionem, ut probavi in cap. sententiam ne Clerici, vel Monachi; ideo pro vindicando hoc crimen tantum statutis penas spiritualis, non verò pñam capitalem, ut lœculares legislatores sanxerunt. Nec obstat augmentum deductum à pñis impositis pro aliis delictis; nam cùnt in delictis puniendis pensatur locus, tempus, occasio, peccandi facilitas, multitudine peccantium; non potest argumentum deduci à pñna imposta uni delicto ad aliud. Nec etiam obstat augmentum deductum ex dict. in Archiepiscopatu, de raptoribus. Nam in ejus specie sicuti non solum abutebantur pueris, & verùm & eos rapiebant; inde pro raptu ipso jubet Innocentius pñis pecuniaris eos & multandos, & flagellis afficiendos, dummodo ad effusionem sanguinis non perveniantur, ut in ejus textus notis observavi.

13.
Exponi-
tur cap.
frater-
niati 7.
de eo qui
cognovit
consan-
guin.

Sed suprà traditis obstat textus in cap. fraternitati 7. de eo qui cognovit consanguineum uxoris, ubi cùm quidam puellam infanteum nondum septemnem sibi in uxorem desponsasset, & extraordinaria libidine polluisse, postea matrimonium contraxit cum consanguinea ipsius sponsæ: qualiter fuit, an separandi essent conjuges; Et respondit Pontifex, inter eos celebrandum esse divorcium quoad totum, nullâ pñna imposta viro extraordinariè cognoscente sponsam, quæ passa est extraordinaria libidine pollui: igitur non recte in praesenti docetur, laicum contrà naturam luxuriosè peccantem excommunicandum esse. Augerit ipsius textus difficultas ex cap. omnes 7. cap. flagitia 32. quaest. 7. ubi docetur, dissolvi matrimonium, si vir præpostere cognoverit uxorem propriam, vel alienam. Igitur non recte in praesenti capite fraternitati, divorcium tantum sit quoad totum. Quibus difficultibus facile responderetur si observerimus, in eo textu non agi de præposta, seu monstrosa venere, de qua in praesenti agitur; sed tantum de extraordinaria libidine, id est intempestiva coititone, ac importuno congressu habito cum ea, quæ adhuc viripotens, & præmatura non erat; de qua etiam extraordinaria libidine agitur in cap. juvenis 3. de sposal. ubi notavi Cuiac. & probavi in dict. cap. fraternitati. Unde cùm in eo textu nulla suspicio præposta veneris datur, ideo pñna nulla imponitur sposo, aut sposæ.

14.
Exponi-
tur con-
cilium
Tolet.
can. 3.

Secundò obstat textus in canone 3. Concilii Tolet. in illis verbis: Sicut cordis, corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivea pollutionis actio à Deo alienos statuit: & sicut sodomiticos populos horrenda, nimimum detestanda patatio igni cœlitus confluent exsurrendos in præteris tradidit, ita talibus immunditiis homines dectos aeterna damnationis rugos consumet, loquente Domino per Prophetam. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibis ignis. At nunc quoniam hac funesta actio, & sodomitica operationis malum

multos sanciusse perpenditur, ideo nos ob hujus se-
diffim e cause extirpandæ confuerudit in zelo Domini
ardentes omnes in communis sanctum, ut quicunque
hujus nefaria actionis patratores extiterint, quiq; in
bis turpitudinibus se implicari permiserint, & con-
tranaturæ masculi in masculos hinc turpitudineo-
peraverint, si quidem Episcopia, Presbyter, aut Dia-
conus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpe-
tui exili manebit damnatione perculsum: si vero cu-
juslibet ordinis gradus, vel persona talibus colluvio-
nis noxiis reperi fuerint applicati, illius legis, quæ de
talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, at-
que ab omni Christianoru; sint alieni caterva; & insu-
per centene verberibus correpti, ac turpiter decalva-
ti, exilio mancipetur perpetuo, ita ut nist tam eos, qui
religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam
altos (ut diximus) cuiuscunq; ordinis homines dyna-
satisfactio pñsentientia accipere corpus & sanguinem
Christi in fine permisit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundum ca-
nonum instituta communionis perceptione se no-
rent relevari, nec Catholicorum cœtu; aggregari. Ex
quibus verbis expresse deducitur, laicos patratores
hujus delicti non excommunicari, sed centenis
verberibus affici, ac turpiter decalvatos in exilio
mitti, & clericos non derudi in monasterium,
sed etiam degradatos perpetuo exilio depa-
tari. Ergo non recte in praesenti ascribitur, laicos
excommunicandos esse, clericos vero esse mona-
steriorum detrudendos. Pro cuius canonis exposizio-
ne sciendum est, in his Conciliis Toletani non
solum Praefates Ecclesiastarum adfuisse, verum &
Principem; & non tantum Concilia sacra, verum &
comitia sæcularia esse. Unde penas etiam corporales
in eisdem Conciliis sapientis contra laicos
statutis legimus. Quare in eo canone eadem pa-
nia statuta fuerunt, quæ jam in legibus Wiligothorum, lib. 3. tit. 5. sancte fuerant, & repetitè le-
guntur. Quare cùm ab Egica Rege Gothorum,
cujus tempore, anno videlicet 693 celebratum
fuit Concilium illud simul cum patribus in eo con-
gregatis, pñna illæ statuerentur; quid mirum,
ut pñna etiam corporales contra masculorum stu-
patores statuantur.

Ex suprà traditis lucem accipit textus in cano-
ne 16. Concilii Ancyra, ubi de his, qui irrationabi-
liter vixerunt, id est, qui cum pecudibus, vel ma-
sculis polluti fuerunt, ita Paras sanxerunt: Debet
qui irrationabiliter versari sunt, sive versantur,
quotquot ante vicecimum atatis sua annuntiatur,
mencommiserint, quindecim annis exactis in pa-
nitentia communionem singularium mereantur oratio-
num. Deinde quinquennio in hac communione durat,
tunc demum oblationis sacramenta contingant.
Dicitur autem autem vita eorum, quales tempore pa-
nitudinis existierunt, & ita misericordiam consequantur.
Quod si inexplibiliter his basi criminibus, ad
agendam penitentiam prolixius tempus insinuat,
Quotquot autem per alia viginti annorum etate, &
uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, virgini
quinque annis paenitendum gerentes, in communione
suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdu-
rantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiunt.
Quod si qui, & uxores habentes, & transientes
quinquagesimum annum etatis ita deliquerint, ad
exitum vita communionis gratiam consequantur. In
quibus verbis brevior paenitentia imponitur ado-
lescentibus quam majoribus, qui cum masculis se
polluerunt; quia semper minores mitiori pñna,
quam maiores etate afficiuntur, l. auxilium 37. §. 1.
ff. de

*ff. de minor. l. si adulterium, 8. §. 1 ff. ad leg. Inl. de adul-
t. & in terminis præpostoræ libidinis constitutum
fuisse refert. Harmenopolis lib. 6. promulgarii, tit. 4.
ibi: Prater naturam lascivientes, tam agens, quam
patiens gladio plectantur; nisi forte qui passus est, mi-
nor erat. Unde recte pœnitentia tempus imponi-
tur, & taxatur in c. 16. juxta aetatem ipsius delin-
quentis, ut etiam pœnitentia levior imponitur,
quando peccatum hoc solummodo attentatum,
non vero consummatum fuit, ut ex D. Isidoro refert*

Carnotensis p. 9. Decreti, c. 94. in haec verba: *Siquis
ex juvenibus, vel aliqua supicio sa persona cum par-
vulis pœnatus fuerit, diuturna pœnitentia maceretur.
Licet enim conatus in aliis delictis opere non con-
sumato non puniatur; tamen in hoc tetroremo
crimine propter ejus atrocitatem conatus extra or-
dinem vindicatur, l. i. §. final. ff. de extraordin. cri-
min. Prosequitur ipius canonis illustrationem
Zerdain advers. c. 146. n. 11.*

C A P U T V.

Alexand. III. Uni-versis a Abbatibus.

Sanè si Episcopi aliqui ab Abbatibus aliquid præter debitam obedientiam contra liber-
tatem ordinis a prædecessoribus nostris, & a nobis indultam exigunt, liberum sit eis
dem Abbatibus Ap. auctoritate denegare quod petitur, ne occasione ista, b. ordo i-
ste, qui haec tenus liber extitit, perpetua servitus laqueo vinciat.

N O T A E.

^{1.} **A**bbatibus.] Ita etiam legitur in secunda col-
lectione, *sub hoc tit. cap.* sed in margine pro-
Abbatibus, legitur Episcopis, & quælibet litera re-
tineri potest, cum Alexander III. generaliter, tam
cum Abbatibus, quam cum Episcopis loquatur.

^{2.} **b Ordo iste.**] Forsan agebat Alexander de or-
dine Cisterciensi, quem speciali affectu diligebat;
unde varia privilegia huic præclaro ordini con-
cessit, ut notavi in cap. cum in ordinem 6. de rescript.
cap. nuper, de decimis. Commentarium hujus tex-
tus dedi in cap. 1. de supplend. neglig. cap. ne Dei Ec-
clesia, de simon.

C A P U T VI.

Alexand. III. Nor-vicensi a Episcopo.

Illud etiam de Vicariis, qui b. personis e. fide, & sacramento obligati sunt, duximus
Istatuendum, quod si fidei, & sacramenti religione contempta a personam sibi falsò al-
lumentes, contra personas se exercent, & super hoc in jure vel e. confessi, vel f. convicti
fuerint, de cætero in eodem Episcopatu ad officii sui executionem non admittantur.

N O T A E.

^{1.} **N**orvicensi.] Ita etiam legitur post Concil.
Lateran. p. 38. c. 2. & in secunda collectione,
subit. de jurejur. cap. 1. ubi additur, pars capituli
Consuluit. Sed verius credo, in præsenti referri
partem textus in cap. significavit, de offic. deleg. cap.
clericos, de offic. Vicarii.

^{c Fide & sacramento.}] Id est fidelitate jura-
mento promissa, juxta tradita in c. 2. & 3. de jure-
jur. Unde præfens textus in secunda collectione
compilatus fuit *sub tit. de jurejur.*

^{d Personatum.}] De personatu egredi in cap. ad au-
res, de rescript.

^{e Confessi.}] Juxta ea, quæ adduxi in c. 2. de con-
fessi.

^{f Convicti.}] Juxta tradita in c. at si clerici, de ju-
dicti. Et de his Vicariis, tam perpetuis, quam
temporalibus, egredi in tit. de offic. Vicarii.

^{2.} **b Personis.**] Id est rectoribus proprietatis ip-
sorum Ecclesiarum, ut probavi in cap. 8. & 12. de
rescript.

C A P U T VII.

Clemens III.

Cum ad quorundam malitiam coercendam in Concilio fuerit b. Lateranen. multa de-
liberatione statutum, ut Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri e-
dam, & Decani certum evasionis numerum, & personarum in Ecclesiarum visitationi-
bus non excedant; quia sicut audivimus, quidam ex prædictis personis id in Ecclesiis ve-
stris nequaquam obseruant, super hoc commoditati vestrae duximus salubriter, & at-
tentius providendum: ideoque disc. vestrae præsentium auctoritate concedimus, ut si
prænomina personæ numerum evasionis, & personarum in Concilio constitutum,
cum Ecclesiis visitant, excedere forte præsumperint, & pro illis procurationem exe-
gint, liberum sit vobis auctoritate Apostolica denegare; & si propter hoc in Ecclesiis ve-
stras, vel clericos vestros aliquam sententiam promulgaverint, ipsam auctoritate Apo-
stolica decernimus non tenere.

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Qq

NOTA

N O T A E.

^a **C**lemens III.] Ita legitur in secunda collectione, sub hoc tit. capite 3. nullibitamen

exprimitur cui rescribat Pontifex.

^b **L**ateran.] Relato in cap. cùm Apostolus de censibus, ubi commentarium hujus textus dedi.

C A P U T VIII.

Cœlestinus III. ^a Fauentin. Episcopo.

Sicut unire Episcopatus, atque potestati subjecere alienæ, ad supremum Pont. pertinere dognoscitur; ita Episcoporum est suæ dicecessis Ecclesiarum unio, & subjectio earundem. Cùm itaque sicut nobis innotuit, Prior Granden. monasterium suum, quod est in tua diecesi, & de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Cerat. tuo assensu minimè requisito subjecerit, sive unierit: f. t. per A. l. m. & indulgemus, ut quod fecit super hoc te inconsulto, tibi liceat auctoritate nostra, sicut justum fuerit, infirmare, non obstante assensu, vel confirmatione, quam Metropolitanus interposuisse proponitur; cùm in diecesi sui suffraganei, absque sui Episcopi consensu, non debeat aliquid hujusmodi contra constitutiones ^b canonicas attentare. Nos quoque id decrevimus, pro ut dictum est, irritandum, statuentes, &c.

N O T A E.

^a **F**aventino.] Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 4. De Faventina diecesi nonnulla adduxi in cap. 11. de renunt.

^b **C**aconicas.] Relatas in cap. pastoralis, de officio ordin.

C O M M E N T A R I U M.

I. **P**roba-
tio-
nem
&
re-
di-
catur
con-
postquam
glorioso.
EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Pontifex tantum potest unire Episcopatus: Episcopi vero possunt unire Ecclesiæ sua diecessis. Proabant eam textus in cap. unio 10. quæst. 3. cap. 11. de officio ordin. cap. plures, §. iure ergo 16. quæst. 1. cap. eam te 4. de officio. & qualis cap. itanos 25 quæst. 2. cap. exposuit. 3. de præbend. cap. cùm nostris 6. de concess. præb. cap. pastoralis, de donat. cap. 1. de rebus Eccles. lib. 6. Clement. 2. eod. tit. Clement. 1. §. ad hanc, de stat. monach. cap. 1. ne Sede vacante, cap. quod translationem, de offic. leg. Clement. 1. ut lit. pend. Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 5. & sess. 24 cap. 13. Consonant de jure Regio lex 13. tit. 5. part. 1. lex 2. tit. 10. Illustrata ultra congettus in præsenti à Barbola, & de jure eccles. lib. 3. cap. 16 per tot. & de potest. Episcopi alleg. 66. Vigilius in method. juris can. lib. 3. cap. 1. Duarenus de sacr. eccl. minist. lib. 5. cap. 6. Corvinus lib. 2. apophysis. jur. Pontif. tit. 23. Rufiniacus lib. 3. const. Pontific. tit. 7. cap. 7. Velacrus de privil. pauper. part. 1. quæst. 12. per tot. Petrus Gregorius lib. 1. partis. tit. 27. cap. fin. & de benefic. cap. 10. & de rescript. cap. 3. num. 25. Fragofo de regimin. Christi. Reipub. part. 2. lib. 9. dispat. 20. §. 6. Valenzuela consil. 4. num. 161. Solonianus tom. 2 lib. 3. cap. 4. num. 1. Frances fusæ de Ecclesiæ Cathedralibus, cap. 8.

2. **I**mpug-
natur
tradita
assertio.
Sed produbitandi ratione in præsentem assertionem ita insurgo. Tam Pontifex in Ecclesiæ universi orbis Christiani, quæ Episcopi in Ecclesiæ sua diecessis non verum, & perfectum dominum habent, sed ad instar usufructuaris se habent fructus ex eis percipiendo, ut probavi in c. i. c. cam in officiis, detestam. Sed usufructuarius circa rei for-

mam nihil potest mutare, l. i. ff. de usufructu, sedre ipsa tantum uti, salvâ ejus substantiâ, §. i. Inst. de usufructu. Ergo nec Pontifex Ecclesiæ Cathedrales, nec Episcopus Ecclesiæ sua diecessis unire possunt; siquidem per unionem mutatur forma ipsarum, ex l. final. Cod. de vend. rev. civit. lib. 10. l. 2. final. Cod. de præbend. Decur. cod. lib. probat. Zippaxus contrahabiat Cassani cap. 12. Ergo nec Pontifex Ecclesiæ Cathedrales, nec Episcopus Ecclesiæ sua diecessos unire valent. Augetur hæc dubitandi ratio ex eo, nam quælibet Ecclesia debet habere suum Rectorem, cap. qna nonnulla 3. cap. conquerente 6. de cleric. non res id. cap. præcipimus 5. 16. quæst. 1. cap. sanctorum, 70. diff. Sed per unionem necessariò una ex Ecclesiæ manefine Rectore: ergo similis unio fieri non poterit. Secundò in eandem assertionem, quatenus in ea docetur tantum Pontificem posse unire Ecclesiæ Cathedrales, Episcopum verò Ecclesiæ diecessanas, si argumentor. Quælibet res per easdem causas dissolvitur, per quas & creatur, cap. 1. ubi dicimus, de regul. jur. sed nova Episcopatus institutio, seu erexit auctoritate Concilii provincialis, & cum consensu Principis secularis fieri debet, can. 65. Concil. Afric. quæst. 98. Synodi Carthag. apud Balsamonem, ibi: Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario uniuscujusque provinciæ, & Primariis, atque consenserent eis, ad cuiusdiem in eadem Ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant. Ergo & suppressio, seu unio fieri debet. Hoc jure S. Medardi tempore Episcopatus Noviomensis, & Tornacensis in unum coaluer, consensu Metropolitanæ, & provincialium ac Regis, ut refert Fortunatus in ejus vita, cap. 16. apud Surium die 8. Junii, ibi: Pontificali demum, Metropolitanæ scilicet, & comprovincialium suorum electus auctoritate, Regisque, ac Procerum assensu, plebisque coactus incessibili acclamatione, vix consenserit, & unanimi, Pontificali videlicet, ac Regali auctoritate duas illas Ecclesiæ unam fecit. Interimque ovile pastor egregius consilio, & auctoritate comprovincialium Episcoporum tempore Hormisdæ Pontificis sub sancto Remigio tunc temporis Rhomæ Archiepiscopo, assensu Regis, & curialium, ac natus-

uriusque plebis acclamatione tandem suscepit, & ut
utrique Ecclesie Cathedrales semper honor maneret,
benigne concessit. Accedit circa Ecclesiæ inferiores
non levior difficultas; nam sine patronorum al-
fensi Ecclesiæ status mutari nequit, cap. suggestum,
de jure patron. cap. dilect. hoc ist. Joannes Sarisba-
rensis epist. 126. ad Alexandrum III. ibi: Praesertim
cū non assentiente, nedum reluet ante fundatore,
status Ecclesiæ mutari non possit, aut subjici servitui.
Ergo nec Pontifex per diæceses, nec Episcopus in-
feriores Ecclesiæ unire valent.

*Vno
quoniam
plex, &
quibus*

Quibus difficultatibus minimè obstantibus re-
ra est præfens assertio, pro cuius expositione scien-
dum est, unionem, de qua agitur in præsenti, esse
duorum, vel plurium beneficiorum, seu Ecclesiæ
rum ab Episcopo, vel alio superiore factam anne-
x causis. Caccialupus in tract. de unione, art. 1. Re-
bus in præs. tit. de unione beneficio. Garcia de bene-
ficio part. 12. cap. 2. num. 13. Sanchez tom. 2. in Decalog.
lib. 7. cap. 29. num. 145. Unionis tamen cause varia-
sunt, quæ recidunt in utilitatem, vel necessitatem
Ecclesiæ, cap. temporis 16. q. 1. veluti quando tem-
plum unius beneficii collapsum est, nec reparari fa-
cile valet, cap. constitutus de relig. domib. cap. post-
quam 16. quæst. 1. Secundò quando duæ Ecclesiæ ita
tenues sunt, ut ad vicuum duorum clericorum non
sufficiant, cap. unico 10. quæst. 3. cap. postquam 16.
q. 1. clement. ne in agro, de stat. monach. Tertiò quando
duæ Ecclesiæ vicinæ sunt, in quibus est penuria
populi, quæ idè possunt ab uno Præposito facilè
regi, dicit. c. & temporis. Quarto quandoprabendis,
pauperibus, vel collegiis uniuntur, c. exposuisti, de
præbend. Tribus autem modis unio fit. Primo quæ-
do Ecclesiæ duæ in unum velut corpus confun-
duntur, & coalefcunt, ita ut una Ecclesia ex dua-
bus fiat, cap. cum dilectus, de his quæ vi, c. recolentes,
de statu monach. quo casu qui canonici sunt in una
Ecclesia, in alia quoque canonici existunt, & pri-
vilegia data uni Ecclesiæ, competunt etiam alteri,
ut vulgo docetur in c. novii, ne Sede vacante. Secun-
dus modus est cùm Ecclesiæ ita connectuntur, ut
una sit superior & principalis, altera inferior, &
accessoria; quo casu inferior Ecclesia amittit no-
men suppressum, & extinetur per unionem, & in-
duit nomen ejus, cui unita est, & per consequens
ejus privilegiis gaudet, c. recolentes, de statu monach.
sed non amittit iura propria, quæ transiunt in Ec-
clesiam, cui unita est, c. quia monasterium, de relig.
dom. Itaque ea subiectio per modum unionis, alio-
quin sola subiectio non facit unionem, c. pastoralis
de donat. Tertiò unio Ecclesiæ fit quando ultra-
que maneret Cathedrales, vel Parochialis, &
neutra aliis subiicitur: quo casu unus erit Rector
utriusque, & qualibet Ecclesia habebit iura sua, &
privilegia, nec ulla alterius privilegiis gaudebit.
Glossa in d. cap. & temporis. Porro uniones istæ, aut
sunt perpetuæ, aut temporarie. Perpetuæ sunt
quando cautum est, ut perpetuò durent, d. cap. ex-
posuisti; vel si contemplatione alicuius Ecclesiæ, seu
dignitatis, vel ad beneplacitum Sedis Apostolica
sunt; quia nec Ecclesia, nec dignitas, nec Romana
Ecclesia unquam moritur, c. si gratiosa, de rescrip.
lib. 6. c. quoniam 14. de offic. deleg. Temporarie vero
uniones sunt, quæ in favorem certæ personæ sunt;
& ita extinctæ per sonam desinunt esse, cap. 1. ne sede
vacante, cap. relatio, cap. ilud 21. quæst. 1.

Deinde sciendum est, uniones Ecclesiæ fac-
cere posse primò Romanum Pontificem, quia tan-
tum Ecclesiæ Cathedrales unire valet, cap. postquam
6. q. 2. denegatæ hac facultate etiam ejus Legato a la-
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

tere, c. quoad translationem, de officiis legat quia Eccle-
sia Romana unionem Episcopatum, sicut & eo-
rum institutionem ut unam ex majoribus causis si-
bi reservavit. Gregorius VII. lib. 2. post epist. 55. ibi:
Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur universali,
&c. quod illi soli licet pro temporis necessitate
novas leges condere, novas plebes congregare,
de Canonia Abbatiam facere, & econtra; divitem
Episcopatum dividere, & inopes unire. Carnotensis
epist. 237. ad Paschalalem 11. de non solvenda unio-
ne Noviomensis, & Tornacenensis Episcopatus, ibi:
Nec in hoc ressimus, quin possit Sedes Apostolica pa-
rochiarum amplitudinem minorare, aut brevitatem
dilatare, si utilitas populi Dei ita exigat, & nullum in-
de schisma contingat. Div. Bernardus epist. 31. ad Me-
diolan. ibi: Plenius si quidem potestatis super uni-
versas orbis Ecclesiæ singulari prærogativa Apostol.
Sedi donata est: qui igitur huic potestatis resolutio, Dei
ordinationis resolutio. Poret, si utile judicaverit, novos
ordinare Episcopatus, ubi haec tenus non fuerunt;
potest eos qui sunt, alios deprimerre, alios sublimare,
pro ut ratio sibi dictaverit, ita ut de Episcopis
creare Archiepiscopos liceat, & è converso, si necel-
se visum fuerit: præcedere tamen debere Regium
consensum probat P. Marchia lib. 4. concord. c. 13.
Archiepiscopus vero unire non potest Ecclesiæ sui
suffraganei sine ejus consensu, ut in præsenti doce-
tur, quia non licet ei nisi in casibus à jure expressis
jurisdictionem exercere in subditos suffraganorum,
c. i. in fine, de foro et comp. lib. 6. idemque dicen-
dum est de Legato etiam à latere, quamvis dicatur
eum in provincia tibi commissa majorem esse or-
dinario, cap. 1. de offic. ordin. in 6. Ceterum Ecclesiæ
rum inferiorum unio pertinet ad Episcopum in sua
diocesi cum consensu Capituli, c. pastoralis, de do-
nat. nisi mensa sua, vel Capituli unire intendat, quia
tunc unite non potest cum consensu Capituli, ne
in causa propria actor fiat; nec etiam beneficia
exempta Episcopus unire valet, quia in Ecclesiæ
exemptis integræ dispositio spectat ad Romanum
Pontificem, c. final. de confirm. utili. Abbates unien-
di hanc non habent facultatem, sed ipsis consentientibus Episcopi uniones faciunt. Clement. ne in a-
gro, §. ad hac, de statu monach. nisi in ipsis Ecclesiæ
jura quasi Episcopalia exerceant plenamque dis-
positionem habeant. Glossa in Clement. 1. verbo Propriet.,
de rebus Ecclesiæ. Circa Capitulum vero sede vacante,
etsi illud succedit in omnibus, quæ jurisdictionis
sunt, c. his quæ cap. cum olim, de majorit. & obed.
tamen quia non succedit in collatione beneficio-
rum, cap. 2. ne sede vacante; idè uniones facere
non potest, si per eam juribus Episcopalibus quid
detrahitur, dicit. Clement. 1. §. Ad hac.

Solennitas in unione etiam adhibenda est, vide-
licet ut vocentur omnes, qui vocandi sunt, quo-
rumque interest unionem talem fieri, vel non, c. si
quis presbyterum 10. de rebus Ecclesiæ, c. veniens 3. cap.
te in u-
super, de re judic. ut vocetur Decanus Capituli, ipse
que Capitulum congreget, licet talis Capituli con-
fensus post unionem adhiberi possit, cap. circa. vers.
postea, de jure patron. cap. cum vos, debitis que sunt à
Prælat. cap. si qua de rebus, 12. quæst. 2. & si non vo-
centur vocandi, unio ipso jure nulla est. Zypaeus
ad hunc sit. consult. 3. non autem requiritur consen-
sus Rectoris, vel aliorum, qui possident beneficia
eo tempore, quo unio fit, quia talis unio effectum
operatur sine eorum præjudicio. Clement. 2. de reb.
Ecclesiæ. Debent etiam beneficia, quæ unitur,
habere eandem qualitatem, non vero dissimi-
lem. Trident. sess. 24. de reform. cap. 13. & 15.

Qq. 2 Tandem

Tandem sciendum est, uniones ritè celebratas revocari certis ex causis, veluti quando per unionem tollitur hospitalitas, vel sit dissolutio religionis, c. novit, ne Sede vacante; vel si cessat causa, propter quam unio facta fuit; veluti paupertas Ecclesiarum, c. cum M. de confit. si incipiat esse damna Ecclesiis, argumento capituli suggestum, de decimis: late probat Zypæus ad hunc tit. consult. 8. & 9. & resp. 3. aliaque plura de his unionibus congeserunt Barbosa dict. alleg. 66. Fragoso dict. §. 6. & quomodo unio probetur, prosequitur Rota apud Pennam tom. 1. decisi. 337. & 441.

6. Tradit. surr. ratio decidi- dendi.

Quibus ita animadversis ratio præsentis assertio- nis ex eo provenit, nam cùm Pontifex habeat plenam dispositionem in Ecclesiis universi orbis, c. decimas, ad finem, cap. & temporis 16 q. i. cap. de prob. in 6. Clement. 1. ut lice pente; ideo potest dicere: es, & omnes Ecclesiis, ac beneficia unire, ut etiam potest Imperator ex duabus provinciis unam facere, aut diversa officia unire. Novella 8 & 24. usque ad 29. & civitatum, ac populorum, qui in unum coierunt, exempla reperiuntur in antiquis monumentis, veluti Albae, atque Romæ apud Liviū: & extat elegans descriptio apud Ovidium lib. 6. Faistor.

Hac ubi narravit, Tacitum, forte me Quiri- num,

Binaque cum populis regna coisse suis.
Et lare communis, generosique receptos,
His nomen juncit lumen, inquit, habet.
Probat Gentilis disp. 2. de unione Regnum, Zipeus contra biatum Caffani, cap. 12. & 13. Similiter quia Episcopus habet plenam dispositionem Ecclesiarum sua diocesis, c. Sanctorum 70. dist. c. una- quaque 9. q. 3. cap. regenda 10. quæst. 1. ideo etiam potest eas unire. Non sunt tamen uniones temere

facienda, præcipue si per eas minuatur cultus di-
vinus, & redditus, qui pluribus Ecclesiis suffi-
cient, ad unam revocetur, cap. final. de V. S. quare in
Concilio Trident. sess. 7. de reformat. cap. 6. statui-
tur, ut uniones perpetuae à quadraginta annis citra
factæ examinentur ab Ordinariis, tanquam à Sede
Apostolica delegatis; & qua per subreptionem,
aut obreptionem factæ reperientur, irritæ decla-
rentur; & ideo tales uniones semper odiosi judi-
cantur, ut pluribus relatis probat Velasco de pri-
u. part. part. 1. quæst. 12.

Nec obstant difficultates suprà adductæ, nam licet juxta communem sententiam, respectu pro-
ventium Ecclesiarum ipsarum usufructuari cre-
dantur; tamen Pontifex in universo orbe, & qui
libet Episcopus in sua diocesi plenam dispositio-
nem habent. Unde ob eam amplam jurisdictionem
possunt Ecclesiæ ipsas unire ex justis causis; & ita
facere, ut unus Rector præsit duabus Ecclesiis uni-
tis. Nec obstat secunda difficultas deducta ex di-
cto canone Concilii African. exemploque sancti
Medardi: nam id procedebat antequam Sedes A-
postolica sibi reservaret unionem Ecclesiarum,
tanquam unam ex majoribus causis. Nec obstat
augmentum ipsius difficultatis; nam præfens assertio
procedit in Ecclesiis, quæ spectant ad liberam
collationem Episcopi, non vero in eis, quæ sunt
juspatronatus; quia tunc desideratur consensus
ipsius Patroni, sive tale jus ecclesiasticum, sive
secularē. Clement. unic. §. ad huc, de statu monach. Trident. sess. 24. de reform. cap. 15. Licet si unio fiat
à Legato à latere, & juspatronatus sit Ecclesiasti-
cum, non desideretur Patroni consensus, cap. cùm
dilectus, de jure patron. post Gambaram & Lam-
bertinum probat Barbola de jure eccles. lib. 3. cap.
16. num. 50.

CAPUT IX.

Idem a Archipresbytero sancti Andreae de Pollian.

Quām sit gravè crimen in clericis b. gloriati cùm malefecerint, & in rebus pessimis refirimus, quod cùm R. de Sertone R. filiam suam cuidam I. nomine tradidit in uxorem, P. diaconus Ecclesia sancti Petri, c. filius autem sacerdotis, non erubuit publicè profite- ri, se prædictam sceminarum carnaliter cognovisse. Unde factum est, quod prædictus vit ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Quapropter tibi per Ap. f. m. quat. si tibi constiterit de præmissis, sine omni contradictione, ap. cest. præfatum cle- ricum ab officio, & beneficio d. suspendere non postponas, compellens virum ut uxorem suam recipiat, eique, sicut justum est, officium exhibeat maritalē.

NOTÆ.

1. **a** *Archipresbytero.*] Ita etiam legitur in tercia collectione, sub hoc tit. cap. 2. in epistolis vero hujus Pontificis editis à Sirleto, fol. 67 legitur Archiepiscopo: sed retinenda est vulgaris inscrip-
tio, quæ habet *Archipresbytero*; ut etiam legitur in indice ipsius regestri correcti à Sirleto; nam si Ar-
chiepiscopo sancti Andreæ, qui est in Scotia, scri-
beret Innocentius, non adderet ea verba de Pollian, unde cognoscitur, in præsenti scribere Innocen-
tium Archipresbytero villa, seu loci de Pollian.
2. **b** *Gloriari.*] Quia ut ait D. Isidorus lib. 2. de sum-
mo bono, cap. 39. Ad comparationem mali sit dete-
rinus, quando non solum flagitia committuntur, sed

eriam de ip[s]i flagitiis vanitate landis perdit[i] extol-
luntur. Plura de jactantie vitio Beyerlinch tom. 4.
in theatro, verbo Iactantia.

c *Filius A. sacerdotum.*] Ante sacerdotium ge-
nitus; nam alijs ex defectu natalium irregulares
esset, juxta tradita in cap. 1. de fil. presbyt.

d *Suspendere.*] Sed cùm hæc concessio esset
tantum extrajudicialis, seu potius jactantia, quo-
modo solum propter eam suspensio imponi po-
tuit? Quam difficultatem agnoverunt, & variè dif-
solvere curarunt Canteræ in quæst. crimin. cap. 2. de
probab. per test. quæst. 1. num. 11. Carenæ de officio. In-
quisit. part. 2. tit. 12. ex num. 259. Balboa in cap. 4.
num. 36. de judiciis. Sed veram hujus textus inter-
pretationem dedi in cap. 2. de confessis.

CAPUT

C A P U T X.

Idem Episcopo a Hippo. Abbat de Toletto, visitatoribus Lombardie.

EX litteris vestris accepimus, quod cùm ad b Albiganensem Ecclesiam unà cùm Pisanis Archiepiscopo Vercellensi accessissetis visitationis officium impleturi, Albiganensis Episcopus inter cetera, quæ proposita fuerant contra ipsum, ore proprio est confessus, quod cùm quidam in villa quadam ad ejus jurisdictionem spectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens quod carentis ferri iudicio se purgaret, & ut suspendio puniretur, si deficeret in eodem: dictus Episcopus requivit à judice, quid super hoc videretur eidem? Et cùm judex respondisset, ut fieret sicut fur ipse dixerat, ferrum candens in ipsius præsentia Episcopi est allatum: quod cùm accepisset fur ille, combustus est: unde judex pavescitus, quid sibi super hoc videretur, confuluit Episcopum memoratum: qui respondebit, quod si fur sic evaderet, malum esset: quamquam affirmet se verbis talibus usum fuisse: Audistis quantus est clamor à populi, omnes dicunt, malum est si sic evaserit impunitus. Et sic Episcopus, & judex villam ipsam cum multititudine sunt egressi, in quorum præsentia prædictus fur est f suspensus: propter quod ipsum cum literis vestris ad Sudem Ap. destinatis. Sed idem nihil super his proposuit coram nobis, nec litteras vestras vidimus, licet idem se nobis afferat illas præsentasse. Quin itamò, cùm dictus Archiepiscopus ad Sudem Apostolicam accessit, qui nobis hujusmodi rei seriem plenariè indicavit, idem Episcopus à nostra discessit præsentia, & perquisitus non potuit inveniri. Nos autem, quia idem Episcopus non solum in iudicio g carentis ferri, verùm etiam in furis suspendio graviter noscitur deliquisse, cùm is non tantum auctoritatem præstiterit, verùm etiam h præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus. Cùm igitur Pontificale i officium sine altaris ministerio non valeat adimpleri, mandamus quatenus ut Episcopatu cedat, monicatis eundem; alioquin ipsum ab Albigan. Ecclesia a-
moventes, faciatis eidem per electionem canonica de persona idonea provideri.

N O T A E.

a Hippo.] In tertia collectione, sub hoc tit. cap. 3. legitur, Hippo. & Abbat de Tiseno; sed utroque male, cùm legendum sit, Iporiensi Episcopo, & Abbat de Tiletto, ut constat ex epistola 134 lib. 1. regestr. 13. ipsius Pontificis, quam transcribo ex collectione Boqueti, quia non modicam lucem afteri præsentis decisioni: ita enim Episcopo Novariensi Innocentius scribit: [Ex literis ven. fratris nostri Patriarchæ Antiocheni, tunc Yporien. Episcopi, & tui tunc de Tiletto Abbatis, meminimus recepisse, quo d cùm duudum ad Albiganen. Ecclesiam, unà cum ven. fratre nostro... Pifano Archiepiscopo, tunc Episcopo Vercellensi accessisset visitationis officium implerū... Albiganen. Episcopus inter cetera, quæ proposita fuerant contra ipsum, hoc vobis ore proprio est confessus: quod cùm quidam in villa quadam ad ipsius jurisdictionem spectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens quod carentis ferri iudicio se purgaret, adjicendo, ut suspendio puniretur, si deficeret in eodem: dictus Episcopus à judice requivit, quid super hoc videretur eidem: & cùm judex respondisset, ut fieret prout fur ipse petierat, ferrum candens in ipsius Episcopi præsentia est allatum: quod cùm arripiisset fur ille, combustus est. Unde judex ex pavescitus, quid sibi super hoc videretur, Episcopum consultum memoratum, qui respondebit, quod si fur sic evaderet, malum esset: quamquam per litteras, quas nobis tuas idem direxit Episcopus, affir-

marit, se talibus verbis usum fuisse: Audistis quantus est clamor populi: omnes dicunt, malum est si evaserit impunitus. Et sic Episcopus, & judex eandem villam cum multititudine populi sunt egressi, in quorum præsentia fur prædictus, ipsius fuit Episcopi auctoritate suspensus: propter quod eundem cum vestris litteris ad nostram præsentiam destinastis: sed ipse nihil unquam super his proposuit coram nobis. Quin in d statim ut dictus Archiepiscopus ad Apostolicam Sudem accessit, qui nobis rei seriem plenariè indicavit, idem Episcopus à nostra discessit præsentia, & perquisitus non potuit intueri. Unde noscum fratribus nostris deliberatione habitâ diligenter, quia saepatum Episcopum non solum in carentis ferri iudicio, verùm etiam in furis suspendio graviter intelleximus delinquisse, cùm is non tantum auctoritatem præstiterit, sed etiam præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum reputavimus ministerio altaris indignum. Et quia Pontificale officium absque altaris ministerio non poterat adimplere, supradicto Patriarchæ actibus tunc dedimus in mandatis, ut ad cessionem eundem Episcopum moneretis, alioquin auctoritate nostra ipsu ab Albigan Ecclesia, sublato appellationis obstatculo moventes, faceretis eidem de persona ideo-nea per electionem canonica provideri. Dictus vero Episcopus postmodum ad Sudem Apost. rediens, apud quam moram fecisse dignoscitur diuturnam, & se multipliciter fatagens excusare, inter cetera proposuit coram nobis, quod aliter rei veritas se ha-
buerat, quam in literis fuerit supradictis expressu; quod se proposuit opportuno tempore probaturū

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom.V.

Qq 3

Quo

Quocirca devotioni tuae praesentium auctoritate mandamus, quatenus auditus que super praemissis idem Episcopus duxerit proponenda, & probatio-
nibus ejus admissis, si de his tibi per probationes legitimas sufficiens fuerit facta fides, per quam con-
stet veritatem rei se aliter habuisse, quam in litteris futerit supradictis expressum, & super praemissis innocentem Episcopum extitisse, cum per sententiam ad falsam suggestionem latam eidem prajudicari non debeat, tu eum super praemissis absolvens, officium suum exequi libertate permittas eundem: alioquin quod a nobis dudum super hoc exitit definitum, facias appellatione remota executioni mandari, contradicentes, si qui fuerint, vel rebelles, censuram ecclesiastica appellazione postposita compescendo. Datum Lateran. Kalend. Octobris, anno XIII.

[Quam epistolam non recte cum praesentis texu confundunt, & pro una, eademque habent Manu*tom. 3, annal. Cisterc. anno 1210. cap. 7. ad finem*, Alteferra hic. Ypporiensis, seu Hipporiensis diocesis est in Italia, cuius Canonice scribitidem Innocentius lib. 1. epistolar. regestr. i. in Codice Sirleti, fol. 166. De Abbatie hoc de Tillo nonnulla adduxi in cap. qualiter 17. de accusat.

b Albiganensem.] Albiganum civitas est Italia sita ad Alpes Cotiae, teste Meli lib. 2. cap. 4. vulgo dicta Albenga: jam a primis Ecclesias saeculis Cathedrâ Episcopali decorata: siquidem Gauden-
tius ejus Episcopus subscripti Concilio Romano celebratus sub Hilario. Carolus a Sancto Paulo lib. 1. geograph. sacr. fol. 62.

c Archiepiscopo.] Lothario videlicet, quem ex Ecclesia Vercellensi in Pisanam transfluit Inno-
centius III. anno 1209, ut refert Vghellius
tom. 3. Italia sacra, in serie Praefulnum ipsius Eccle-
sia, num. 48.

d Clamor populi.] Qui attendendus non est, quia vanæ populi voces non sunt audiendas, ideoque libertatem ac clamorem populi datam non valere rescripsit Imperator Marcus in l. si privatus 17. ff. qui & a quibus, l. 5. Cod. qui manumittere, Illustrat Cujacius lib. 2. obs. 22. & ab specie Diocle-
tianus in l. 12. Cod. de paenit., eam sententiam edi-
dit. Vanæ populi voces non sunt audiendas; nec enim vocibus corum credi oportet, quando aut noxiuum crimen absolvit, aut innocentem con-
demnari desiderant. Et cum apud Romanos popu-
lus insanus plerunque clamaret contra Christianos, ut tanquam hostes publici punirentur, ut refert Tertul. ad Scapulam, ibi: Si Tiberis ascendit in Mœnia, si Nilus non ascendit in Arva, si calumna sit, si terra movit, si fama urget, statim in Chris-
tianos ad Leonem acclamat. Imperator Hadrianus rescriptum dedit Minutio Fundano, quod ex-
stat apud Eusebium Cæsar, & illud latine verit Bal-
duinus de edit. p. Christ. fol. 75. his verbis: Accep-
pi epistolam, quamad me scriperat Serenus Gra-
manus V. Cuius successisti. Digna res est, de qua co-
gnoscatur, ne & magna alioqui turba excitentur, &
calumniatorum malitia indulgetur. Si provinciales posse se putant Christianos in iudicio eos peragere, id
legitime faciunto. Clamoribus vero, & tumultibus lo-
querantur esto. De causa cognoscere tu debes: ac si
quid adversus leges facere Christiani videntur, ani-
madversatio, & noxa penitentia est. Ita quidem me-
hercole, ut quis calumnia causa ad accusandum descen-
det, sentiat etiam tua animadversio severitatem.
Refert Baron. anno 201. Unde nec populari accla-
matione ad bestias damnatos dimitti licet, l. ad be-

fias 31. ff. de paenit.: nec Decurionem eligi, l. si
confest. ff. de appellat. l. Decurionem 12. Cod. de paenit.
l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu; nisi aliter tumultus sed-
ari non possit, l. penult. ff. ad leg. Corn. de sicaria. Et
quamvis ex legez. Cod. de offic. rector. provinc. non
solùm acclamatio honesta, & justa in Magistratus,
sed etiam vociferatio, & querela, quibus eorum
publicè malefacta lacessuntur, permitta videatur
Provincialibus contra Magistratum injurias, di-
cendum tamen est ut in l. 1. Cod. Theodos. de offic. Re-
ctoris provinc. ita dicta lege 3. misericordia Provinciali-
bus publicè reclamandi copiam fieri, non quidem
ut eorum clamoribus quis dannetur, qui plerumque
malum sunt, cap. cum in juventute, de purg.
canonic. sed ut inquiratur, an vera sint, que cla-
mant, ut in cap. qualiter 25. de accusat. l. 1. & 2. tit. 17.
partit. 3. Quia omnia ad unguem exprimit ipsius
legis 3. verba illa: *Iustissimos, & vigilansimmoj adi-
cides publicis acclamationibus collaudandi damus o-
mnibus facultatem. E contrario injustos, & maleficos,
querelarum vocibus accusandi, ut censura nostra vi-
gor adsumat, si vere voces sint, nec ad libidinem per
clientelas effusa, diligenter investigavimus. Itaque
justas acclamations permittimus Imperatores in
dict. l. 3. non vero injustas, & contumeliosas, de
quibus in dict. l. 2. Cod. de seditionis: docuit Alber-
icus in dict. l. decurionem 12. Cod. de paenit.*

e Cum multitudine.] Nam supplicium palam, & in omnium contemptu sumi debet, ut ejus anti-
madversionis exemplo ceteri a delinquendo de-
terreantur, ut aiunt Plutarchus in tract. de iis, qui
sero à Numine puniuntur. Seneca lib. 3. de ira. cap. 19.
Quid tam inauditum, inquit, quam nocturnum
supplicium, cum latrocinium tenebris abscondi
folet: animadversiones quo notiores sunt, plus
ad exemplum, emendationemque proficiunt.
Quintilianus declamat. 27. 4. in fine: *Quoties nos
crucifigimus, celeberrima eliguntur via, ubi plurimi
intueri, plurimi commoveri hoc metu possint. Et Im-
peratores in l. omnes 6. Cod. Theodos. ad leg. Iul. de ad-
ulti. masculorum nefandam constuprationem spe-
stante populo flammis vindicibus expatri jussi-
runt, & famulos latrones in his locis, ubi graffati
sunt, furca figendos esse, docetur in l. capitalem 28.
§. penult. ff. de paenit. & in l. omne delictu. §. 3. ff. dere
militar. caveatur: *Qui in acie prior fugam fecit, spe-
stantibus militibus propter exemplum capite puni-
endus est. Et in l. 7. tit. 4. lib. 7. legum V. visigoth. statui-
tur: *Judex quotiens occisus est, reus non in secretis, aut
in absconsis locis, sed in conventu publice exercet disciplinam. Faciunt textus in l. 2. Cod. Theodos. de offic. Rector provinc. l. 5. tit. 27. partit. 3. Illustrant D. Laurent. Ramirez in Penteconi. cap. 22. Lælius Bi-
ciola tom. 2. horar. success. lib. 1. cap. 9. Petrus Faber
lib. 2. semest. cap. 9. Forner. lib. 6. rer. quotid. cap. 16.
Navarrete discurs. 38. polit. D. Joan. de Solorz.
emb. 75.***

f Suspensus.] Furca videlicet, ut in dict. l. ca-
pitulum, §. famosos, l. sacrilegi 6. ff. ad leg. Iul. pe-
cul. l. moris 9. §. ifta. ff. de paenit. l. si quis aliquid 38. 9. l.
ff. eod. l. 3. §. si quis ad hostem 10. ff. de re milit. Seneca
epist. 7. illuc: *Sed latrocinium fecit, quid ergo me-
runt? ut suspendantur. Illustrant Larreatigui lib. 8. se-
lectar. cap. 9. P. Pintor Ramirez in spicileg. trad. 1.
cap. 32. num. 7.*

g Indicio carentis ferri.] De quo & ejus pro-
hibitione agemus infra, in titul. de purg. vul-
gar.

h Presentiam.] Cum sacris canonibus prohi-
bitum sit clericis nudam presentiam exhibere exe-
cutioni

cutioni capitalis sententia, aut effusione humani sanguinis, Concil. Altissiod. can. 34. ibi: *Non licet Presbytero, nec Diacono ad trepidum, ubi rei torquenturflare.* Et can. sequenti, Concil. Matifcon. 2. can. 19. *Cognovimus etiam, quo dam Clericorum infringit ad foras reorum sententia frequenter accedere.* Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus, definitives, ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, nec intersistat ratiō sancio, ubi proreatus sui qualitate quipiam interficiendus esset tamen nunc quis eorum definita contemnens illuc accesserit, aut interfuerit, defraudatum honesti honoris stola illis gregibus examinerum societur, quos divinis præulit mysteriis. Illustrat Theoph Rayn. to 18. in tr. de Religioso lori- caro, fol. 202.

i Pontificale officium.] Nam suspensio hac perpetua erat, nec Pontificale officium exerceri poterat sine Sacerdotio, alias suspensus ab officio non eo ipso est suspensus à beneficio, ut probat latè Gibalinus de censur. disquisit. 7. part. 3. quæst. 12. Aliquando verò Epis. opus prohibetur munia Sacerdotalia obire non verò Pontificia, & quæ ad Episcopatus ordinem spectant. Concil. Aurel. 3. can. 6. 15. & 25. Aurel. 4. can. 10. Aliquando privatus omni jurisdictione, & munere Episcopali honorem, & locum retinebat. Concil. Ancyran. can. 1. ibi: *Honorem quidem Sedis eos retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotibus officiis fungi non licet.* Et can. 2. Concil. Nicen. 1. can. 8. *Qui à Caribis vocatur Episcopus, Presbyteri honorem habebit, nisi forte placuerit Episcopo nominis cum honore censori.* Concil. Tolet. 11. can. 2. in epistola synodica, quæ exrat apud Theodorenum lib. 1. cap. 9. legitur: *Placuit Synodo Melitum in sua civitate manere, potestate autem nullam habere, vel quemquam ordinandi, vel cuiquam*

manus imponendi, solum vero honoris nomen retinere. Illustrat Justel in not. ad can. 131. Ecclesia Afric. Gibalinus de censur. disquisit. 7. q. 12. conseq. 4.

COMMENTARIUM.

NON solum prohibitum est Ecclesiasticis vitiis sententiam sanguinis proferre, ut probavi latè in cap. sententiam, ne Cleric. vel monach. verum & quolibet modo cause sanguinis se immiscere, cap. Clericis, eod. tit. cap. his a quibus, 23. quæst. 4. Unde nec in ea consilium præstare, nec patrocinium tanquam advocati dare possunt, cap. final. ne Cler. vel Monachi, lib. 6. Molina tra. de justit. disq. 8. num. 2. & si ad eos iurisdictio temporalis ratione alicuius castri, vel loci pertineat, possunt causas sanguinis committere judicibus laicis, non modò universè, verum & sigillatim hanc, vel illam, ut statuant quod in ea iustum fuerit, dict. cap. final. tamen prohibentur dicto, vel facto movere judicem ad inferendam reo mortem, aut mutilationem, quod ut enorme infectatur Petrus Blefensis epis. 42. illius verbis: *Illud cœlestem exasperatiram, & plerisque discrimen aeterna damnationis accumulat, quod quidam Principes sacerdotum, & seniores populi, licet non dicentes judicias sanguinis, eadem tamē tractant, disputando, & disceptando de illis; sed ideo immunes à culpae reputant, quod moriuntur, aut truncationis membrorum judicium decernentes, à pronuntiatione dumtaxat, & executione pénalis sententia abalentant: sed quid haec simulatione perniciosa est? Nunquid discutere, & definire licuum est, quod pronunciare non licet?* Unde in praesenti casu Episcopus licet judici laico committere possit causam ipsius furis, tamen graviter peccavit, non solum praesentia sua auctoritatem præstando capitalis sententia, verum & consilium præstando in ejus prolatione.

CAPUT XI.

Idem Archiepiscopo, & majoris Monasterii, & Sancti Juliani Abatis a Turon.

INTER dilect. fil. B. & P. Choët Canonicos Piëtavienses super b. succentoriā Piëtaviensis Ecclesie quæstione subortā, eorum uterque coram nobis sumiter astrebatur, succentoriā ipsam per Piëtavensem Cantorem, ad quem ejus donatio pertinebat, canonice assequutum. *Ei infra:* Nos igitur utriusque partis attestationibus diligenter inspectis invenimus, evidenter esse probatum, eundem P. publicum & aleatorem esse, vel usurarium manifestum, utpote qui xi. denarios pro xii. publicè mutuarat in ludo. Unde licet ad palliandum tantæ presumptionis excessum proposuerit idem P. quod hoc fecerat juxta Gallicorum consuetudinem Clericorum, quâ Clerici ferè universi mutuant sic frequenter, & ludunt: Nos tamen, qui ex officiis nostri debito pestes hujusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos, occasione quorum sub quādam curialitatis imagine ad dissolutionem etiam materiam devenirunt, penitus improbamus, excusationem prædictam, quæ per pravam consuetudinem, quæ dicenda est corruptela potius, palliatur, frivolam reputantes; cùm in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis delinquendi auctoritas usurpatur: quod quia circā eundem P. de succentoria prædicta factum esse dignoscitur, propter indignitatem, & inutilitatem ipsius duximus irritandum, cùm personis viliibus, & indignis portæ dignitatis & patere non debeant, juxta legitimas sanctiones. Præterea contrà præsumtum B. manifestè fuit probatum, quod de conscientia judicum Prædictorum Bituricen. ultima clausula inserta non fuerat in literis eorundem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur evidenter. Robertus verò Diaconus ad hoc probandum

Qq 4

probandum

probandum testis inductus, illud idem depositit, & adjectit, quod cum deberet eisdem literas signare, diligenter inspexit, nec eandem clausulam apposita tunc invenit: unde pars altera proponebat, quod cum praedictus B. scienter usus fuerit literis sic falsatis, debeat meritum tanquam falsarius omnino repellere. Verum nos attendentes, quod esti constaret evidenter, quod dicta clausula literis illis fuisse apposita prater conscientiam judicem praedictorum: quia tamen fides nobis facta non fuit, quod dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procuraverit, ut ab alio poneretur: vel etiam, quod scienter usus fuerit literis sic falsatis, ab hujusmodi falsatis objectu eundem duximus absolvendum, maximè cum postquam hoc sibi objectum fuerit, pratermisit penitus uti eis. Et infra: Cum igitur per depositiones saltem duorum testium, qui nullatenus reprobati fuerunt, nobis constiterit evidenter, quod concessio Petro facta praecesserit, quamquam propter indignitatem ejusdem P. meruit reprobari, concessionem tamen postmodum Boccando factam, irritam decernimus, & inanem. Quia vero actor, ad quem ipsius succentoriz donatio spectare proponitur, ut de ipsis g perjurio taceamus, adeò tamen inconstanter se habuit in hoc facto, ut sicut praemissum est, primâ donatione non reprobata, secundam facere attentaret, & dignum sit, ut in eo quis puniatur, in quo visus est h delinquisse, in hoc ejus duximus varietatis inconstantiam puniendam, ut concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam habeat facultatem: praesentium vobis auctoritate mandantes, quatenus eandem auctoritate nostra suffulti, sub. ap. ob. personæ idoneæ assignetis.

N O T A E.

1. a **Turonensi.**] Ita etiam legitur in tercia collectione, sub hoc titul. cap. 4. utrumque Monasterium, tam sancti Martini, quod Galli vocant majus Monasterium, Yestom. 1. chron. D. Benedicti, anno Christi 552. c. 14. quam sancti Juliani, est Ordinis D. Benedicti, ut iam notavi in cap. 14. de offic. deleg. & de Metropoli Turonensi nonnulla adduxi in cap. 5. de tempor. ordin.
2. b **Succentori Piétavieni.**] Succentorius officium est, absente Cantore, sive Praecentore, de quo in cap. Cleros. § Pracentor, 21. diff. incipere cantum in choro: quare in aliquibus Ecclesiis appellatur vicecantor, vulgo Souchantre, ut referunt Antonius Fabricius in praxi beneficior. tit. de benefic. cum dignit. num. 57. Petrus Gregor. lib. 15. jnstag cap. 22. Ferro Manrique de praecedentis q. 30. in fine, Barbofa de canonico. c. 9. num. 11. De Piétavieni Diocesi nonnulla adduxi in c. 20. de rescript.
- c **Alatorem.**] De quo criminis quia plura

concessi in can. 79. Concil. Illiber. idem in praesenti non repeto.

d **Utrarium manifestum.**] Quinam manifestus usurarius dicatur, & ejus penas exposui in ca. 3. de usuris.

e **Patere non debent.**] L. infamia 8. Cod. de Declar. lib. 10. l. unic. Cod. de infamib. eod. lib. l. ff. ad leg. Iul. de vi public. l. cum Praetor. ff. de judicio. l. reus delatus, ff. de munib. l. unic. Cod. de res ipsa. lib. 10. l. 6. tit. 7. par. 7. Faciunt Cicero & Tertul. relatio Cuiac. lib. 1. q. Papin in l. 8. ff. de pestul. plura D. Franc. de Amaya in dicta l. unic. Cod. de infamib.

f **Falsarius.**] Quia literis falsis utens falsarius creditur, ut probavi in cap. 4. de crimin. falsi.

g **Perjurio.**] Unde privandus erat beneficis jam obtentis, iuxta tradita in cap. 4. de rescript.

h **Delinquisse.**] Cap. nemo de tempor. ordin. lib. 6. & ita eligens indignum pro ea vice eligendis facultate privatur, c. cum in cunctis 7. de elec. ubi commentarium hujus textus dedi.

C A P U T XII.

Idem In Concil. a Lateran.

Accidentibus ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis intelleximus, grandes, & graves quortundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis extendunt, de causis b matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas c penitentias, concedendo d indulgentiarum literas, & similia præsumendo: unde contingit interdum, quod vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & Episcoporum dignitatibus, & Abbatum providere salutem, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia præsumat se extenderet, si proprium voluerit periculum evitare, nisi forte quisquam eorum speciali confessione, vel aliâ legitimâ causâ super his valeat se tueri.

N O T A E.

1. a **Lateranensi.**] Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc titul. cap. unic. & reperitur textus hic in ipso Concilio Lateran. generali celebrato sub Innocentio III. can. 60. de quo nonnulla notavi in cap. 1. de summa Trinit.

b **Matrimonialibus.**] Quoram cognitio spectat jure communis attento ad Episcopos. Concil. Nicæn. 1. can. 51. ibi: Episcopus uxorem rixosam cum viro in gratiam redire cogat. Concil. Agath. can. 25. ibi: Decretum fuit, ut si quicum uxoribus divorciatum facere velint, prius apud Provinciales Episcopos

pos diffidii causas dicant. Concil. Tolet. 12. can. 8. præcipit Episcopis, ut obstant, ne virti cum uxori- bus divortium faciant. Concil. Aurel. 3. can. 10. ibi: Illud etiam adiendum credimus, ut in Episcopi dismissione confiat, de his qui incivitate sua ac ter- ritorio constulant, & tali sunt ordinis sociati, incerto nimurum adulterio potius quam conjugio, utrum ignoranter ad illicia conjugia venerent, ac per con- sumaciam qua sunt interdicta presumperent. Et in novella 1. Alexii Comneni, quæ extat lib. 2. jur. Graco-Rom. statuitur, universa, quæ ad animam spectant, ipsaque adeo matrimonia tam dijudica- ri, quam executioni mandari, tam ab Archiepisco- pis, quam Episcopis debere, c. multorum 35. q. 6. cap. auditus, de praescript. l. 7. tit. 10. part. 4. nam de causis arduis, & magnis magnates quoque, & magni judices judicare debent. l. & non distinguen- dus 32. §. de liberali, ff. de arbitris, l. 2. C. de pedan. judic. l. 1. Cubi Senatores. Fornerius lib. 2. select. c. 25. Cuic. lib. 9. obser. cap. 37. Morla in empor. tit. 2. nu. 145. Unde recte contra Anguianum tener Valent. de transact. tit. 3. q. 2. n. 68. Rectores Academia- rum Complutensis, & Pinciane non posse de his causis inter personas studii cognoscere. Cirea can- cellarium nostræ Universitatis Salmantina certum est, olim de his causis cognovisse, sed jam similem jurisdictionem non exercere, verè refert Pater

Mendo de jure acad. lib. 1. cap. 23. n. 496. Jure ergo communi Episcopi sunt proprii judices causarum matrimonialium, ut doctè probat Filescus in c. 1. de offic. ordin. §. 13. Barbola de pœst. Episcopi alleg. 84. Basilius de matrim. lib. 5. cap. 11. Dixi jure com- muni, quia virtute delegationis etiam inferiores Prælaci possunt de causis matrimonialibus cognoscere, ut pro expositione diversorum iurium nota- vi in cap. 1. ut lute non contest.

c. Publicas pœnitentias.] Quas dare, augere, mi- nuere, vel condemnare ad Episcopum specialiter pertinet. Concil. Ancyran. can. 5. Arelat. 2. can. 10. Mileuit. can. 13. Aurel. 4. can. 8. Carthag. can. 46. ubi BalSAMON. Nicephorus Chartophylax in frag. epist. ad Theodore. quamvis privatam pœnitentiam imponere proprium sit prelbyteri pœnitentiaris, c. quaslibet 6. can. sequent, de pœnit. & remiss. cap. mensuram 86. de pœnit. dist. 1. cap. tempora 2. 26. quaslibet 7. Synodus Mæcenfis can. 10. D. Basilius in Epist. ad Anphytoch can. 2. Illustrant Filescus in c. 1. §. 4. de offic. ordin. Landmeter. lib. 2. de Clerico, c. 89. Cironius ad tit. de pœnit. & remiss. De pœnitentia publica, & solenni plura dabimus in cap. 1. de pœnit.

d. Indulgentiarum.] Ut probavimus in cap. penit. de pœnit. ubi de personis, quibus competit facultas concedendi indulgentias agemus.

C A P U T XIII.

Honorius III. P. titulo sanctæ a Pudentianæ Presb. Cardin. &
Vicario nostro.

Dilectus filius Joannes Sancti Thomæ de b. Partitione presbyter exposuit coram no- bis, quod c. Rectores fraternitatis urbis ipsum ad revelandum fures, & id quo d' fu- per quodam furto sibi tanquam d. Sacerdoti fuerat revelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passio arctare nitentes, in eum, nisi alterum premislorum infra octo dies efficeret, tulerunt sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum esset prædictum Presbyterum sibi taliter credita revelare, ac iterum iniquum cogi ad id, quod non ra- puit, exolvendum, disc. tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Re- ctores coram te convenientis, injungas eidem, ut à memorati Presbyteri super hoc grava- mine penitus conquiscant.

N O T A E.

a. P. titulo san. Pudentianæ.] Petro videlicet Sa- xoni, Anagnino Henrico, qui creatus fuit Cardinalis ab Innocentio III. Anno 1206, ut re- fert Ciaconius in ejus vita, & fuit Vicarius Urbis Romæ; nam licet usque ad tempora Pauli IV. Vi- carii Pontificis tantum essent Episcopi, ut probat Cohel. in not. Cardin. c. 55. tamen Petrus hic fuit Vicarius creatus ab Honorio pro eo tempore, quo ipse Reate permanxit, ut probat ipse Cohelius; & ita recte in praesenti apppellatur Vicarius Ponti-

ficus. Titulus sanctæ Pudentianæ, alias Pastoris, est unus ex antiquis titulis urbis, ut probat Cohel. ubi supra, cap. 6.

b. De partitione.] Legendum est de Parione, nam sexta Regio urbis, ubi est templum D. Thomæ, appellatur Regio Parionis.

c. Rectores.] Qui tempore Honorii III. habebant jurisdictionem delegaram (suprà Clerum), ut post Abbatem Siculum probat Cironius in praesenti.

d. Tanquam Sacerdoti.] In Sacramento pœnitentiae, contra sigillum, quod servare tenetur, juxta tradita in cap. 2. de offic. ordin.

C A P U T XIV.

Præposito R. & I. Archidiacono a Sueßion.

Dilecta in Christo filia Abbatisse b. Iotren. nobis insinuare curavit, quod cum Pres- byteri, & Clerici Iotrensis Ecclesie, Melden. Diœcesis non consueverint proprium habere sigillum, nec sint unum corpus, ita quod Capitulum appelletur; nihilominus tamen contra voluntatem ipsius Abbatisse, quæ ipsorum c. caput est, & patrona, sigil- lum

lum habere contendunt in ejus præjudicium, & gravamen: quare id eis petiti à nobis inhiberi. Quia verò nobis constitit de præmissis, discret. vestræ mandamus, quatenus inquisitá super his diligentius veritate, si vobis constiterit rem taliter se habere, dictis Presbyteris, & Clericis auctoritate nostra inhibeatis expressè, nè præsumant, vel de novo fabricare sigillum, vel uti eo, si forte noviter fabricarunt: ipsos, si contrà prohibitionem nostram venire præsumperint, à præsumptione hujusmodi per censuras Ecclesiasticas appellatione postpositâ compescentes.

N O T . A E.

1. **S**ueffisionen.] Ita etiam legitur in quarta Compilatione, sub hoc tit. cap. 2. De Sueffisionensi Ecclesia jam nonnulla adduxi in c. 2. ne Sede vacan.
Iotren.] Monasterium hoc est Ordinis Divi Benedicti in Diœcesi Meldensi, vulgo dictum de Iouars, cuius meminerunt Albertus Mireus in Galia Christ. Chropinus lib. de sacra pol. tit. 1. fol. 59.
2. **C**aput est.] Cum iurisdictione, juxta tradita in cap. dilecta, de majorit. & obed.

C O M M E N T A R I U M.

3. **L**icit quilibet privatus possit uti sigillo privato, tamen sigillum publicum, seu authenticum, quod sublime argumentum est imperii, & iurisdictionis, tantum supremi Principes, tam seculares, quam Ecclesiastici, nec non Abbates regulares, Capitula & Collegia approbata habere valent ad fidem publicè faciendam pro tota communitate, o. 2. & 3. de fide instrum. cap. post cessionem 7. de probat. cap. cum nobis, de testibus. Concilium Londoniense celebratum anno 1237. Præside Orthone Cardinali Legato Sedis Apostolicae in Anglia, apud Matthæum Parisi. **Q**uoniam Tabellionum usus in Regno Anglie non habetur, propter quod magis ad sigilla authenticæ credi est necesse, ut eorum copia facilius habeatur, statim ut sigillum habeant non solum

Archiepiscopi, & Episcopi, sed etiam eorum Officiales, item Abbatess, Piores, Decani, Archidiaconi, & eorum officiales, Decani rurales, nec non Ecclesiæ Cathedralium Capitula, & cetera quoque Collegia, & Conventus cum suis Rectoribus, aut diuissim juxta eorum consuetudinem, vel statutum; prævaricante quoq[ue] cuiuslibet predicatorum habeat unusquisque sigillum, nomen puta dignitatis officii, collegii, & etiam illorum proprium nomen, qui dignitatem, vel officii perpetui gaudent honore, in sculpitum notis, & characteribus manifestis, siue sigillum authenticum habeant. Denique illi, qui tempore officium suscepint, puta Decani rurales, & Officiales, sigillum suum, quod tantum officii nomen habeat in sculpitum, finito officio ei à quo habebant officium, continet & sine mora resurgent. Proabant Theodorus Oping de jure sigil. c. 4. & 5. Ciron. ad tit. de his quae sunt à majori parte, Alteferra de Ducibus lib. 3. c. 4. & nos de sigillo Imperatoris, & Episcopum in d. c. 2. c. inter, de fide instrum. cap. post cessionem, de probat. Unde rex è Honoriis III. in praesenti decrevit, Clericos Iotrensis Monasterii non posse uti sigillo authenticæ, quia unum corpus, aut collegium non habebant & simile sigillum est argumentum Capituli, aut communictatis approbatæ, c. 47. de appet. Joan. Sarisbar. epist. 291. docent ultra congettus à Barbosa in praesenti Cironius in notis ad hunc tex. Anguanus lib. 2. de legibus, c. 1. Azeued in l. 8. titul. 2. lib. 4. recipil. Alteferra dicto cap. 4. ad finem.

C A P U T . X V.

Abbati Sancti Alberti, Archidiac de Annona, & Praeposit. Camarac.

Gravem, & dolore non vacuam, ac toti Clero contumeliarum aculeis circumfertam recepimus quæstionem, quod quum Venerabilis Frater noster ^b Ambianensis Episcopus quoddam beneficium vacans, quodc^a altare dicitur de Villesco, cuidam idoneo, prout ad se spectare credebat, absente tamen Ambianensi Archidiacono contulisset, idem Archidiaconus stipatus cetera Manosseri fratris sui, & quorundam aliorum, accedens ad Episcopum memoratum, & proponens, quod ei injuriatus fuerat super hoc, institutus apud eum, ut sine causæ cognitione à beneficio ipso prorsus amoveretur ab Episcopo institutus. **E**t infra: Discretionis vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit, Archidiaconum expeditum semel, & secundò contrà fidem ^d homagii præstiti ac debitam reverentiam Episcopum suum esse Dominum denegasse, vel in foro ^e seculari super rebus spiritualibus deposituisse contrà Episcopum, attendendo quod sibi responderet ibidem, aut invasioni Episcopi, & sociorum eius, quam M. frater ejus cum complicibus suis fecit, causam, vel consilium præbuisse, ipsum tanquam membrum putridum, nè suā contaminet alios corruptelā, ab Ambianensi Ecclesia perpetuò absconditis, & removeatis omnino, facientes beneficia, quæ idem detinet, personis idoneis per illos, ad quos donatio eorum pertinet, assignari: alioquin quia publica fama laborat, & manifestæ præsumptiones apparent, purgationem ei super præmissis canonicanum cum manu decima ejusdem dignitatis, & ordinis ejusdem Provinciae indicatis: quod si forte in tali purgatione defecerit infra tempus præfigendum à nobis, ipsum cuiuslibet contradicti appellationis impedimento sublati, ab officio, beneficioque privetis, facientes nihilominus, sicut superius est expressum, beneficia quæ idem Archidiaconus detinet, personis idoneis assignari.

N O T . A E.

N O T A E.

^a *Anti Alberti.*] Ita legitur in quinta compilatione, ubi sub tit. de purgatione canonica, c. 1. reperitur textus hic; sed legendum esse sancti Alberti, ut habetur in sexta collectione, jam notavit Cironius in praesenti, Monasterium hoc sancti Alberti est Canonorum Regularium Ordinis D. Augustini, ut reserunt Mireus de colleg. regul. cap. 37. Pennotus lib. 2. hisp. canon. regul. cap. 38. nn. 4. Fratres Sarmentani tom. 4. Gallie, fol. 101. & extat praeclarissimum elogium horum Canonorum apud Cardinalem Jacobum de Vitriaco in hisp. Occid. cap. 21. De Cameracensi Diocesi nonnulla notavi in cap. 19. de re script.

^b *Ambianensi.*] Gerardus videlicet, seu ejus predecessor Arnulfus; nam Chenu, qui in Chronolog. Galliarum seriem Præsumum hujus Ecclesiæ scripsit, his Episcopis tempus, aut æatem non prefigivit.

^c *Altare.*] Plerumque altare ponitur pro Ecclesia, seu beneficio, cap. quatinus ii. quæst. i. cap. 1. de usuris: notavi late in cap. 3. de statu monach.

^d *Homagii.*] Id est fidelitatis promissa, quam omnes Prælati inferiores, & Presbyteri tenentur præstare Episcopo, juxta tradita in ca. 2. & 3. de iur. rejur. non verò accipias homagium pro jure vallassagi, quod pro officiis, atque beneficiis Ecclesiasticis absque labore simoniae promitti non potest, cap. ex diligentia, de simonia, ubi probatur: nisi supponatur in praesenti casu, Archidiaconum feendum accepisse ab Episcopo, quia ejus ratione homagium illi plenè promittere, seu facere valebat, ut probat Martha de jurisdict. part. 4. casu 43.

^e *Foro seculari.*] In quo graviter deliquit Archidiaconus, cap. nullus 6. & per totam 11. q. 3. plura congescit Ant. August. in epit. jur. lib. 30. n. 11. Unde non tantum ob ingratitudinem, ut voluit Doctor Garanna in cap. final. de donat. verum ob graviora sceleria, videlicet conspirationis in Episcopum, & quia contraria eum causam proposuit coram judice seculari, merito privatum omnibus beneficiis jam obtentis.

^f *Canonica.*] De qua agemus infra, in tit. de purgat. canonica. & propter hæc verba textus hic compilatus fuit in quinta compilatione, sub tit. de purgat. canonica.

C A P U T XVI.

^a Gregorius IX. Universis Ecclesiarum Prelatis.

Nimis iniqua. Et infra: Cum Religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos, elegentes, & omnia possidentes: non defunt plerique, tam Ecclesiarum Prælati, quam alii, qui cœcè cupiditate seducti, propriæ aviditatibus subtrahi reputantes quidquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt namque contraria Regulam à Sed. Apostolica approbatam, & sui ordinis instituta, ipsis invitatis eorum confessiones ^b audire, ac eis injungere penitentias, & Eucharistiam exhibere: nec volunt, ut ^c Corpus Christi in eorum oratoriis reservetur: & fratres ipsorum defunctorum, apud Ecclesias suas compellunt ^d sepeliri, & eorum exequias celebrari: & si quis decadentium fratrum alibi, quam in suis Ecclesiis eligat sepulturam, funus primò ad Ecclesias suas deferri cogunt, ut oblatio suis usibus cedat. Nec sustinentes eos habere ^e campanam, vel cæmeterium benedictum, certis tantum temporibus permitunt ipsis celebrare divina. Volunt quoque in dominis eorum certum numerum fratribus, Sacerdotum, Clericorum, & laicorum, nec non cereorum, lampadum, & ornamentiorum pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando noviter apponuntur, exigunt ab eisdem: nec permittunt, quod novi sacerdotes corum alibi, quam in Ecclesiis suis celebrent primas ^f Missas: eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis Missis, quas in suis locis, & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum ^g recipiant: & servant quicquid etiam eis dum celebrant Missarum solemnia intrâ domorum suorum ambitum piâ fidelium devotione donatur, & ab ipsis extorque oblationis nomine contendentes, quod eisdem tam in ornamentiis altaris, quam in libris Ecclesiasticis absolutè confertur, vindicant perperam juri suo. Quocirca mandamus, quatenus universi, & singuli à prænotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab hujusmodi arctius compescendo.

N O T A E.

^a *Corpus Christi.*] Juxta morem Ecclesiæ illustratum in c. 1. de custodia Eucharistie.

^b *Sepeliri.*] Cum non solum ipsi Monachi, verum & laici possint apud ipsos eligere sepulturam, ut probavi in cap. in nota, de sepult.

^c *Campanam.*] Excessum hunc examinabimus infra, in cap. patentibus, de privilegiis.

^d *Primas Missas.*] Quia in eis plerumque à cognatis, amitis & piis fidelibus fiebant oblationes, ut probat Vicecom. to. 2. de rit. Missa, lib. 4. c. 6. per totum Recipient.

^{3.} **g Recipient.**] Juxta veteres canones; nam ju-
re antiquo omne quod Ecclesis totius Diœcesis
offerebatur, Episcopo cedebat. Concil. Aurelian. 3.
can. 5 sub Hildebert. ibi: *Si quia oblationes in quibus-*
liber rebus, atque corporibus collata fuerint, Baſili-
cis in cœtitib[us] constitutis, ad potestatem Episcopi
redigantur, & in ejus si arbitrio quod ad repara-
tionem Baſilica, aut obſervantium ibi ſubſtantiam
deparetur. Et cap. decretum 3. 10. q[uo]d. 1. Verum cum
omnia ſibi vendicarent Episcopi, demum provi-
fum fuit, ut certa parte ab Episcopis percepta, reli-
quum immune Ecclesis, ſeu Monasteris ſupereſſet.

Concil. Carpentoratense sub Cæſario Arelatenſe,
i. de ſtatu monach. ibi: *Aur. f[est] quid illi pro diverſo-*
rum devotione acceſſerit, vobis vindicare aſtimetis,
Concil. Illerdenſe can. 3 ibi: Ut qua in iure monaſte-
rii de facultatibus offeruntur, in nullo Diœcſanā le-
ge ab Episc. contingatur. Quod hodie variis privile-
giis Sedis Ap[osto]l. Religioſis confeſſum eſt, & ſepiuſ
declaratum a fac[ultate] Congr. referunt Barboſa de officio
parochi, c. 24. n. 29 & in ſumma Ap[osto]l. collect. 530. n.
2. Leander in 5. præcep. Eccles. tract. 6. disp. 10. q. 19.
& veteri monumento Monasterii Corbeſiensis illu-
ſtrat Bignoniūs in notis ad Marciuſ. lib. 1. c. 1. fol. 430.

C A P U T XVII.

^a Idem Vniverſis Ecclesiarum Prælatis

N Imis prava. *Et infra:* Cūm quidam viri Religioſi, utputa Fratres b. Prædicatores, & Minores (quorum Ordinem & Regulam Sed. Ap[osto]l. noſcitur approbaſſe) in ar-
ctiſſima paupertate Christo pauperi famulentur, plerique Prælati, & alii eos ad synodos ſuas cogunt accedere, ac ſuis conſtitutionib[us] ſubjacere: nechis contenti, capitula, & ſcrutinia in locis Fratrum pro hiſ corrigendis facturos ſe comminantur, & fidelita-
tem juramento firmatam ab eorum miniftris, & cuſtodiibus exigentes; eis quoque, ut tam
extrā Civitates, quam intrā cūm eis t[em]p[or]e proceſſionaliter veniant, ex levi cauſa mandan-
tes, excommunicationis ſententiam fulminant in benefactores ipſorum, & ipſam Frat-
ribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, fatagunt amovere, niſi
eis obedient in omnibus ſupradictis. Ad hoc, nē Fratres ad honorabilioreſ civitateſ, &
villar[um], ubi religioſe, ac honeſtē valeant commorati, à populiſ devot[us] vocati accedere
audeant inhibenteſ, tam in accidenteſ Fratres, quam in receptatoreſ eorum preſu-
munt excommunicationis ſententiam promulgare. Ab eis etiam de g[ra]u hortorum fru-
ctibus decimas, nec non de habitaculis Fratrum (ſicut de Judæorum, domibus) con-
tentunt redditus extorquere, aſſerendo, quod niſi Fratres morarentur ibidem, ab aliis
habitatorib[us] proventus aliqui ſolverentur; & ut ipſos ſibi ſubdant totaliter, eiſdem mi-
niſtrōſ, & cuſtodeſ volunt præſicere pro ſuę arbitrio voluntatis: Quocirca mandamus,
quatenus univerſi, & singuli à prænotatis gravaminib[us] deſiſtatis, ſubditos veſtos ab
hujusmodi arctiſ compescendo.

N O T . A.

^a **[Dem.]** Gregoriūs IX. videlicet, qui etiam
præſentem conſtitutionem edidit in favorem
Fratrum Prædicatorum D. Dominici, & Minorum
D. Franciſci, quorum Regulæ, & iſtituta jam
probata fuerint per Sedem Ap[osto]licam. Integrum
hanc conſtitutionem non reddimus, quia Rege-
ſtro epiftolarum ipſius caremus.

b [Prædicatores.] Quia in communī poſſunt
bona obtinere. Valenzuela consil. 135. ex num. 55.

c [Ad Synodos.] Quando Abbates teneantur ad
Synodos Diœcſanās vel Provinciales accedere,
expouſi in cap. dilectus, de offic. ordin. cap. quod ſu-
per hiſ, de majori, & obed.

d [Corrigendiſ.] Quod facere ante Monacho-
rum exemptionem Episcopi Diœcſani valebant,
ut probavit[ur] in lice[re] c[on]ſeſſione, & grave, de offic. ordin.

e [Fidelitatem] Quam olim Abbates Regula-
res tempore ſue benedictionis Episcopis promit-
tebant, cap. ne Dei Eccleſia, ubi probavi, de ſimo-
nia.

^{2.} **f [Proceſſionaliter.]** Quod hodie facere poſſunt,
nam poſt Concil. Tridentinum ſ. 25. de regul. c. 1.
omnes Regulares, quorum conuentus ſunt intra
Civitates, vel non diſtant magis ab eis, quam per
medium milliare, tenentur proceſſionib[us] publicis

interelle, ſi non nullos privilegiatos excipias, ut
probant, & explicant Aloysius Riccius in praxi
ſuri, resol. 308. num. 7. Vgolinius de offic. Episcopi,
cap. 11. num. 6. Armendariz ad leges Navare lib. 1.
n. 14. & lib. 24. §. 31. Valenzuela tom. 2. consil. 184.
n. 25. & ſepiuſ id deciſum fuſſe per ſacram Con-
gregationem teſtantur Barbosa in remiſſ. ad Trid.
2. cap. 21. Bruno Caſſaing de privil. Regul. trac.
8. cap. 4. propof. 7.

g [Hortorum fructibus.] Et appellatione horti
in præſenti accipitut locus ſepibus munitus, eti nō
ſit voluptatis gratia, ſed fructuum colligendorum
cauſa comparatus, ut hortum generaliter defini-
tus docuere Beyerlinch in Theatro vita hu-
mane, verbo Hortus, Briffon. lib. 3. ſelect. cap. 1. Un-
de Religioſi, quibus privilegiatum confeſſum eſt
non ſolvendi decimas ex hortis propriis, non te-
nentur eis ſolvere ex hortis muratis, & ſeptiſ, eti
fructuum colligendorum cauſa parati ſint. Grego-
rius Lopez in L. 4. tit. 20. p. 1. Emanuel Rodriguez
tom. 2. q. regul. q. 44. art. 4. Petrus Gregorius lib. 1.
part. tit. 2. c. 3. Barbosa lib. 3. jux. Eccleſ. 26. §. Patres,
Fagandez in 5. præcep. Eccleſ. lib. 2. c. 4. n. 3. Pelliza-
rius tom. 2. manual. regul. tract. 8. cap. 1. ſect. 3.
Diana ad calcem partis 9. pag. 199.

h [Domib[us].] Juxta tradita in cap. de iudaſis, de
decimis, cap. quanto, de uſur.

CAPUT

C A P U T XVIII.

Idem Archiepiscopo a Bracar.

Tanta est clavis Petri. *Et infra*: Ad confusioneum P. Episcopi quondam b Colubri-
nam deliquerit, despicerit Petri claves, & ecclesiastica laeserit potestatem, cum
non solum interdicti sententiam (quam servaverat ab initio) temere violavit, ve-
rū etiam induxit alios, immō compulit non servare: & quos inducere monitis, &
fletere minis, ac terroribus ad violandam interdicti sententiam nullā potuit ratione,
post atroces injurias, amissionem bonorum, spoliationem parentum, dignitatibus,
præbendis, & beneficiis spoliatis, coegerit miserabiliter exulare, ea suis in hac parte fau-
toribus non absque præsumptione temeraria conferendo. Quæ omnia idem Episcopus
in nostra, & fratribus nostrorum præsentia publicè recognovit. Licet autem memoratus
Episcopus in manibus nostris spontaneā cesserit e voluntate, nolentes tamen, ut
hi, qui hujusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propria violare,
ac recipere dignitates, præbendas, ac beneficia aliorum, qui absque culpa, & sine
causa rationabili eis fuerant spoliati, severitatem effugiant canonice ultionis, ne
facti perversitas transeat præsumptoribus in exemplum, auctoritate Dei omnipotens
tis omnem institutionem, destitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum,
ac dignitatum præsumptas per eundem Episcopum; & excommunicationis, seu in-
terdicti sententias in quoscunq; hac occasione prolatas ab eo post interdicti violationem
ejusdem, decernimus irritas, & inanes. Quia vero ubi magis exceditur, ibi est se-
verius vindicandum, mandamus quatenus omnibus, quos prædictus Episcopus in su-
pradicta beneficia, præbendas, & dignitates intrusit, non solum à beneficiis ipsis,
præbendas, & dignitatibus, verū etiam ab aliis beneficiis (si qua obtinent) & Ec-
clesia protus amotis, tam præsumptores eosdem, quam omnes alios, qui præfatum
interdictum damnabiliter violarunt, suspendas (auctoritate Ap.) ab officio, & a be-
neficio. Illos quoque, quos in personas, & res prædictorum canoniconum, Prælato-
rum, & clericorum manus temerarias constiterit extendisse, ad nostram venire compel-
las præsentiam, pro meritis sententiam recepturos, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxi-
lio brachii secularis.

N O T A E.

a *B*racharenſi.] Stephano videlicet Silvio, de quo, & de Metropoli Bracharenſi egī *incap.* coram, de in integr. refit.

b *C*olubriensi.] De diœcesi Colubriensi Lusitanæ nonnulla adduxi in cap. cum causa, de....

c *V*oluntate.] Nam si celebravit violando inter-
dictum, irregularitatem contraxit, juxta tra-
dita in cap. postulasti, cap. 4. de cleric. excommunic.

d *O*fficio, & *b*eneficio.] violans enim inter-
dictum locale, seu personale, variis penit punitur. Primò suspenditur ab officio, & beneficio,
ex praesenti texu; hanc tamen suspensionem non
incurri ipso jure, sed prolatæ à judice sententiæ,
recte ex hoc texu probarunt Suarez de censur. dis-
put. 34. sett. 4. num. 16. Gibalin. de censur. dis-
put. 3. quest. 2. num. 3. Secundò caret privilegio,
quod alioquin haberet, ut tumulari posset in loco
non interdicto, cap. quod in te, de panit. & remiss.
cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. Deinde acetur ab
Ecclesiæ ingressu, donec satisfecerit ad arbitrium
eius, cuius interdictum violavit, vel ad arbitrium
Episcopi, si interdictum à jure impositum sit, cap.
Episcoporum, de privil. lib. 6. sive sit clericus re-

gularis, sive secularis. Deinde redditur ineli-
bilis, & impostulabilis ad dignitates, & bene-
ficia ecclesiastica, cap. is cui, §. is vero, de sent.
excom. & si de facto eligatur, electio nulla est, ut
probant Suarez de censur. disput. 34. sett. 4. num.
15. Gibalin. ubi supra, num. 4. & spoliari potest be-
neficiis, si qua habebar, & in monasterium pœni-
tentia peragenda causâ detruditur. Tandem qui
violanti interdictum circa ecclesiasticam sepultu-
ram, excommunicantur, Clement. 1. de sepultur.
& religiosi, qui non servant interdictum quod Ec-
clesia Cathedralis, aut qua in eo loco matrix est,
observat, excommunicationem incurunt ipso
jure, ex Clement. 1. de sentent. excom. Gibalinus
ubi supra, num. 7. quirecte observat, suspensio-
nenem, quam incurvant violantes interdictum,
non extendi ad jurisdictionem; & ita sententias,
quas protulit Episcopus Colubriensis, & irrita-
re iussit Pontifex, non irritari, quia prolatæ
fuerunt ab Episcopo, qui interdictum violave-
rat; sed quia per summam injuriam prolatæ erant
contra eos, qui interdictum violare renuebant; &
ita omnia gesta in hac parte ab Episcopo Colu-
briensi cessari præcipit Gregorius.